puncto dimissa fuerat ei culpa: deinde contritione inardescente et confessione accedente deleta est pena. **Monachus** Non minus uiuor contritionem huius hominis quam marie: cui tamen lacrimanti et nil dicenti: uoce saluatoris dictum est: dimissa sunt ei peccata: quoniam diuinitus multum. **Monachus** Ex quo mentionem fecisti marie magdalene: dica tibi de mira contritione: cuiusdam mulieris luxuriose: in qua nostris temporibus christe non inuolua ostendit gratie sue miracula: quam olim in maria. **Monachus** **A** diuersis locis: a diuersis personis hoc quod dicturus sum audiui. **An** hoc quod dixerim: eodem si bene memini anno quo defunctus est innocentijs pro muliere quedam: igne libidinis succensa propeum adamauit filium: de quo concepit et peperit filium alium. **Terrore** tam nefarie corruptionis percussa: quod libet momento: timens se tradi sathane: uel morte subitanea interire: deo miserante de satisfactione anxiam cepit. **Pre**habito prius consilio sacerdotis sui: in furtulum secum tollens: ita enim nuchidictum fuisse puto: romam uenit: et cum multa inopportunitate: domum innocentijs pro oculis se ingessit: cum tantis lacrimis et clamoribus cunctis audientibus: faciens confessionem: ut omnes uerteter in stuporem. **Gestauit** in brachijs infan-tem: commissi facinoris testem. **Uidens** domum pro muliere tantam contritionem: et quia uere esset penitens: misericordiam motus super eam: sicut prudens medicus uolens infirmam plene et cito sa-

nare. medicinam etiam contricionis. probate. precepit ut in tali ueste ibi appareret. in qua uenerat ad filium cum peccaret. Illa confessionem eternam temperali anpo eius. mox exiit. 2. uestes deposuit. in camisia rediit. 7. quam paratissima foret ad omnem satisfactionem. in tali obia satis ostendens. Considerans uir litteratissimus tali obedientie. tali ueracundie. tali penitentie. nullius peccati penam posse resistere. coram omnibus dixit ad mulierem. Dimissum est peccatum tuum. Vade in pace. Quil amplius inuenit ei. Audiuit hec quidam ex cardinalibus. Et cum phariseo contra papam murmurans. iudicium eius reprehendit. dicens ad tantam culpam. tam breuem penitentiam minus sufficientem. Cui ille respondit. Si ego iniuste egi. cum muliere ista. et insufficientis est eius coram do penitentia. 7. potestatem habiat dyabolus ingrediendi corpus meum. et coram omnibus me uerit. Si uero tu iniuste me reprehendis. simile tibi fiat. Statim dyabolus cardinalem eundem uerare cepit. per cuius uerationem perfectam mulieris penitentiam. - ds palam ostendit. Tandem omniu oratione p'gatus cardinalis. dixit in sua ueratione. diuine m'ie de cetero non oblatrate. Ecce mulier ista sicut supradictus clericus infirma cecidit. et sanissima surrexit. **Novitius** Magna di clementia. quod tam magnum peccatum cui penitentia debetur. xv. annorum tam breuis delet

contritio. **Monachus** Delet peccata multo maiora. **Novitius** Que sunt illa? **Monachus** ydolatria heresis abnegatio cetera. Ista sunt ex infamia diabolica. peccata uero carnalia ex infirmitate humana. Unde ad mitigandam iram diuinam. in commendatione defunctorum dicit. Licet tibi peccauit. non tamen te negauit. **H.** Rogo si nosti aliquem qui dm abnegando cecidit. et per contricionem surrexit. exempli causa manifestes. **xii. Monachus.** Ista hoc quinquennium iuxta florentiam cenobium ordinis premonstratensis in diocesi leodiensensi adolescens quidam **q**dam nobilis habitauit. cui pater moriens ut pote uir magnus et potens. multas diuitias reliquit. **F**es miles idem iuuenis. ut glam s' cohereret temporalium. in breui ad magnam deductus est paupertatem. Causa enim lauidis humane tormentis totus deditus erat. histrionibus larga manu sua tribuebat. Et quia ad tales effusiones reditus annui minus sufficebant. hereditatem paternam uendere compellebatur. Erat autem in proximo manens. miles quidam diues et honestus. ministerialis tui. huic iuuenis iam dictus. allodia siue feoda sua partim uendebat. partim in uadimonio exponebat. Et cum iam non haberet quod uenderet ul' exponeret. cogitabat exulare. tolletabilius iudicans. uirer extraneos mendicare. quam inter uotos et affines egestatis confusionem sustinere. habebat autem

ullicum. hominem quidem malignum nomine non te xpianuum. et demonum in misterio totum mancipatum. Videns hic dominum suum tristem. et tristitie non ignorans causam. dicebat ei. **H**omine iultis diues fieri. **R**espondit. **L**ibenter diues fierem. dum in ipse diuitie esse possent cum deo. **E**t ullicus. **H**olite timere. **S**e quimum tantum me. et bene erit uobis. **S**tatim secutus est miserum. tamquam serpentis uocem eua. quasi sibilum aucupis auicla. in laqueum diaboli celerius deponendus. **E**t dixit cum in ipsa nocte per quoddam nemus in locum palustrem. et cepit quasi cum aliquo habere sermonem. **C**ui uiuens. **C**um quo loqueris. **R**espondit domino suo ullicus ille iniquitatis. **T**acete tantum uos. nec sit nobis cura cum quo loquat. **C**umque secundo loqueretur. et uiuens iterato sciscitaretur. **R**espondit. **C**um diabolo. **I**cepit uiuens nimis horrere. **Q**ue non occideret horror tali loco. in tali hora. et de tali sermone. **D**icebatque ullicus diabolo. **H**omine ecce uirum hie nobilem dominum meum. adduxi gratie uire. maiestati ure subplicans. ut uro auxilio pristinis honoribus atque diuitiis restitui mereatur. **A**d quem dyabolus. **S**i in uoluit esse deuotus ac fidelis. dabo ei diuitias magnas. in super addam gloriam et honores. quales non habuerunt patres eius. **R**espondit ullicus. **L**ibenter uobis obsequiosus erit et fidelis. si talia fuit consecutus. **E**t ille. **S**i uoluit ista a me consequi abrenuntiate in

instanti debet altissimo. **Q**uod cum uiuens audiret et facere tenueretur. dicebat ei homo ille perditionis. **Q**uid tuncis proferte uerbulum unum. **D**icite. abrenuntiate. **T**andem miser uiuens a ullico persuasus creatorem suum ore negauit. et manu exsternauit. diabolo hominum faciens. **H**oc scelere perpetrato. diabolus adiecit ad huc opus imperfectum. **S**tiam abrenuntiare debet. matri altissimi. illa est enim que maximum nobis infert dampnum. **Q**uos filius per iusticiam abicit. mater quia nimis misericors est ad indulgentiam reducit. **S**ibulauit itaque serpens in aure adolescentis ut domino suo in hoc obediret. ut sicut filium. ita et matrem abnegaret. **A**d quod uerbum uiuens nimis expanit. turbatusque super modum. respondit. **H**oc nunquam faciam. **Q**uare inquit. **F**ecistis quod maius est. facite nunc quod minus est. **M**aior est creator quam creatura. **E**t ille. **N**unquam eam negabo. etiam si me oportuit ostentim mendicare per omnes dies uite mee. **N**on acquieuit. **S**icque in fecto negotio ambo reuersi sunt. nichil quidem honore consecuti. si maximo peccati pondere grauati. ullicus suadendo. et uiuens consentiendo. **P**ergentes uero simul uenerunt ad quamdam ecclesiam. cuius ianuam campanarius crenis reliquerat semiclausam. **H**or uiuens desiliens de equo. commisit eum ullico. dictus. **E**xpecta me hie donec reuertar ad te. **E**t intrans ecclesiam ante ortum aurore. prostrauit se

ante altare. et exultans corde ipsam matrem
 misericordie cepit invocare. **S**icut autem super idem alta
 re imago ipsius uirginis et matris. puerum ihesum
 in sinu tenebat. **E**t ecce meritis ipsius. pre
 clarissime stelle matris. uetus lucifer ori
 cepit in corde sepe dicti adolescentis. **T**an
 tam ei dominus propter honorem matris
 quam non negauerat. contritionem do
 nari dignatus est. ut pro fletu rugiret. et
 pro planctu nimis clamoribus ecclesiam
 repletet. **E**adem hora supra dictus miles
 qui omnia eius bona habebat. diui
 no ut creditur nutu ad eandem ecclesiam
 diuertit. et cum uideret apertam putas
 ibi diuina celebrari. maxime propter cla
 mores intrinsecos. solus intrauit. **I**uue
 niensque coram altari iuuenem sibi bene
 notum lacrimantem. et putans quia
 suam solummodo defleat calamitatem.
 retro quandam columpnam latenter
 secessit. rei exitum expectans. **C**umque ter
 ribilem illam maiestatem quam nega
 uerat nominare uel invocare non aude
 ret. sed tantum puissimam eius genitricem
 lacrimosis uocibus pulsaret. utroque au
 diente. per os imaginis sue bata et sin
 gularis christianorum aduocata. filio loqui
 batur in hec uerba. **D**ulcissime fili. mi
 serere huic homini. **P**uer uero matri nil
 respondit. faciem ab ea auertens. **C**umque
 iterum rogaret. hominem seductum
 asserens. matri dorsum uertit. dicens.
 homo iste negauit me. quid ei faciam.
Per hec uerba imago surrexit. et puerum
 super altare posuit. eisdem cuiusque pe
 dibus se prona prostravit. **E**t ait. **R**ogo

fili. ut propter me dimittas ei peccatum hoc.
Hoc infans matrem eleuans. respondit
 illi. **M**ater. nunquam tibi aliquid nega
 re potui. ecce propter te totum dimitto.
Prius dimiserat culpam. propter contri
 tionem. deinde penam peccati. propter ma
 tris intercessionem. **H**ieronymus. **Q**uare tam
 durus tam dilecte matri fuit. **M**onachus.
Sed iuueni ostendit quantum in se
 peccasset. et ut per dolorem cordis am
 plius uise peccatum ipsum puniret. **S**urgens
 autem iuuenis exiit de ecclesia. tristis
 quidem de culpa. sed hilaris de indul
 gentia. **E**xiit post eum sepe dictus mi
 les latenter. et quasi rem ignoueret.
 quesuit quare tam humidos et tam
 tumidos oculos haberet. **R**espondit.
De uento est. **V**ille. **D**omine. non me la
 tet causa tristitie ure. habeo enim uni
 cam filiam. si uultis illam ducere uxo
 rem. omnia uita uobis cum illa restitui
 am. insuper et diuitiarum mearum he
 redem uos instituiam. **A**d hec iuuenis
 letus effectus. respondit. **S**i hoc facere
 dignati erimini. plurimum mihi placet.
Reuertens miles ad uxorem suam. rem
 ei per ordinem retulit. **O**fenso illa.
 nuptie celebrantur. iuueni sub nomine
 dotis omnia sua restituantur. **A**d huc
 ut puto uiuit. uiuunt et soceri. pro
 quorum mortem eorum hereditas ad
 ipsum reuertitur. **H**ieronymus. **Q**uicquam
 iuuenis iste regnari tenetur beate
 uirgini. quia per ipsam meruit remis
 sionem peccatorum. insuper et conso
 lationem temporalium bonorum. **D**

Secunda distinctio

Verum dicitur quia ipsa intercedente. dñs cordi eius infudit contritionem. per quā peccati meruit remissionem. pena etiā peccati ipā intercedente. iuvene audiente dimissa est. ecce homo iste grauissime cecidit. ceteris de quibus supra dictū est. celerius surrexit. Cecidit in tempore nocte. surrexit in mane. **Novitius** Quid tibi uidetur de his qui infine contreruntur. **Monach.** Audi de hoc non meam sed beati augustini sententiā. **Ait enim sic. xiiij. Augustinus.**

Siquis positus in ultima necessitate uoluit accipere penitentiam et accipit. et mox reconciliatur. hinc uadit. fateor uobis non illi negamus quod petit. sed non presumimus quia bene hinc exiit. Si securus hinc exierit. ego nescio. Penitentiam dare possumus. securitatem uero non. Nunquid dico dampnabitur. sed nec dico liberabitur. Vis ergo a dubio liberari. age penitentiam dum sanus es. Si sic agis dico tibi quia securus es. quia penitentiam egisti. quā peccare noluisti potuisti. Si uis agere penitentiam. quā iam peccare non potes. peccata te dimiserunt. nō tu illa. **Itē.** Due res sunt. aut ignoscitur tibi. aut non ignoscitur. Quod horum tibi sit futurum nescio. Ergo tene certum. dimittite incertum. **xiiii. d. d.**

Quam tibi quid ante paucos annos contigit in domo nostra. Conuersus quidam henticus nomine. homo senex et sedm ingressim prior omnium conuersorum. peccatum quoddam con-

miserat. quod nunquam abbi. neque priori. neque alicui confessus fuit. Sepi tamen solitus erat confiteri. et uidebat nobis omnibus quod uir scs est et multum religiosus. Cum iam in extremis laboraret. idem peccatum domino danuclitunc priori nostro confessus est. Et sicut nobis postea retulit ut nos cautos redderet. tam graue erat peccatum quod omnino dampnatus fuisset. si tacuisset. **Novitius** Quid sentis de saluatione huius hominis. **Monach.** Sicut augustinum lego sensisse. Si contritio eius fuit in caritate. saluatus est. sin autem dampnatus. Qui scro penitet. oportet non solum timere iudicem. sed diligere. **Novitius.** Oeruit ergo uigilando. ieiunando. laborando. obediendo. alijsque operibus iusticie. quam diu in illo mortali fuit. **Monach.** Ne quaquam. quia opera extra caritatem scā mortua sunt. et nunquam reuiuiscunt. **De ergo illic** qui cotidie in dei seruitio mortificat. et nichil inde mercedis inuita eterna consecuntur. Multi ista ignorant de finali penitentia plurimum presumtes. nescientes penitentiam que infine agitatur ut supra dictum est tam incerta esse. Dicam tibi tū exempla de duobus. ex quibus unus in fine factam. alter ueram egit penitentiam. **xv. d. d.**

Parisi us in ecclia scē genitricis marie canonicus quidam nuper obiit. qui multa hñs stipendia delicatissime uixerat. Et quia ex delicijs. maxime ex his que ad gulam pertinent. libido

nascentur. nata nutritur: et cotidianis eius
 incrementis augmentatur: idem iuueni
 ualde tunicam carnis sue maculauit.
 et tam illo quam alijs suis peccatis ita
 di in se prouocauit. Tandem per infirmitatem
 tactus. timore mortis confessione
 fecit: peccata defleuit. et emendatione
 promisit: uaticum accepit. et munctus
 est: hominem deposuit. Cuius corpus
 ut pote uiri nobilis diuitisq: cum mag
 na pompa secularis glorie tumulatum e.
 Et erat in illa die tanta serenitas: ut ipse
 aer eius exsequijs famulari uideretur.
 Dixeruntq: homines adinuicem. Quid
 ta bona prestat d's homini isti. Nichil
 ei defuit horum que homo xianus h're
 debuit. Dominicus sacramentis nu
 ritus est: aer in eius morte serenatus e.
 cum multa gl'ia sepultus e. s; h's uide
 uis facie. d's autem intuetur cor. Post pa
 ucos dies cuidam sibi ualde familiari
 apparens: dicebat se esse dampnatum.
 Cumq: miraretur ille et expauesceret.
 penitentiam eius et confessionem. Sa
 cramentam communionem. et munie
 tionem commemorans: respondit de
 functus. Unum bonum in defuit: si
 ne quo nullum horum que enume
 rata sunt michi prodesse potuit. Quid
 est illud inquit. Respondit mortuus.
 Vera contritio. licet enim deo promi
 setum consilio confessoris mei conti
 nentiam. siue alia que salutis sunt.
 t'm dicebat in conscientia. quia si con
 ualuis. obseruare no potis. Et quia
 cor magis declinabat ad transgressio

nam quam ad uoti obseruationem.
 nullius peccati merui remissionem. Deus
 requirit frumz positum penitendi. Ecce
 hominis huius penitentia. scia fuit et
 ficta: nec tamen fuisset scia. si fuisset uera. Nouit.

Non mirabor amin penitentiam. **Nouit**
 scia uix ee uera. **Monach** Plures sunt
 in selo quos ego bene noui. qui tpe in
 firmitatis cum timerent mon. se inter
 manus abbis reddiderunt. et conualu
 issent. transgressores uoti fei sunt. **xv**
Anno preterito apud bunnam uicum
 dyocesis colonensis uagus clericus
 quidam nycolaus nomine quem uo
 cant archipoctam in acutis grauitex
 laborauit. et cum mori timeret. tam p
 se ipm quam p canonicos eiusdem
 ecclie ut in ordinem susciperetur apud
 abbatem nrm obtinuit. Quid plura.
 Cum multa ut nobis uidebatur con
 tritione tunicam induit. qm fca chri
 si celerius exiit. et cum quadam uis
 one proiciens aufugit. **Nouit**
 Multi sunt peccatores qui contritio
 nem h're non possunt. et de hoc ipso
 dolent. Quid g sentiendum est de ta
 li dolore. **po** Talis dolor meritorius no
 est. quia siue caritate preparat tam
 aliquem aliqui uiam caritati. Caritas
 et peccandi uoluntas simul in ee n
 possunt. Quid de tali dolore scs ber
 nardus senserit. uerbis et exemplo
 illius do. **cebis xvii v. p.**
Reculit. michi fr' godefridus mona
 ch' n'r qnd am scolasticus sc'i an
 dree in colonia. cuius in superioribus

Secunda distinctio

functione capitulo tertio mentionem feci:
tale quod **fecisse** contigisse in ciuitate re
mensi. Co inquit tpi quo rems sui instu
dio cum domino philippo postea coloni
ensi archiepo. cuius magr et pedagogus
eram contigit ibidem militem quedam
infirmam usq; ad mortem. Instinctu
dyaboli idem miles si bene memini ha
bebat auunculi sui filiam concubinam. Cui
tanto conglutinatus fuerat amore
ut non ammonitione non excommu
nicatione neq; aliqua uerecundia hu
mana posset ul' uellet ab ea separari.
Timore autem mortis uocauit sacer
dotem satis puram et cum lacrimis
de omnibus suis peccatis illi facies
confessionem. Quem cum sacerdos mo
neret ut tam illicitam abuteret co
mixtionem. ipamq; psonam. cogna
tam suam respondit. Domine non
possum. Et ille. Si uitali uoluntate
mortuus fuus. gaudio celesti uite
priuaberis. et eterna tormenta te
suscipient. Milite in sua obstinacia
perseuerante. recessit sacerdos cum cor
pore domini. quod secum detulerat
ad communicandum infirmum. Nu
tu diuino extra domum sacerdoti
occurrit scs bernardus abbas clare
uall. Quem cum interrogasset quare
infirmum non communicass; camq;
que nota erat omnibus intellexisset.
ait sacerdoti. Reuertere mecum
ad infirmum. Reuersi aut. Cum
scs uir multa iam morturo
que salutis erant suadet. uile pter

illam solam rem iam dictam in omnib;
obedientiam spondet. no uissime sub
iunxit. Numquit non doles. quod no po
tes habere uoluntatem. recedendi ab illa.
Respondit. Domine ualde doleo. me de
hoc non posse dolere. **Audito** hoc uerbo
abbas. mox dixit sacerdoti. ut corpus do
mini daret in si rmo. **Mira** res. Statim
ut saluator intrauit. fra est salus illi do
mni. Ab illa enim hora tam perfecte
mutata est uoluntas eius peruersa
ut amplius odiret quam illicite ama
uerat. ita ut scs uiro cum multis lac
rimis dret. **Gras** do qui me liberauit.
quia in libentius uiderem buffonem
quam illam. **Sicq;** in bona confessione
et perfecta contritione migravit ad
dominum. **Novici** Choro utrum co
tritionem illam meruit predicto dolo
re. siue dominici corporis participati
one. **Monachus** xpc in suo sacramento
ad iudicium intrat. nisi gra eius pre
cedat. Puto enim ppter orationes uiri
sci gram xpi abissum cordis eius il
luminasse. dolorem sterilem fecun
dasse. ne et uir beatus iudicaretur de
presumptione. et mouentis pena cre
ceret in sua dampnatione. **Ecce** hois
hui' contricio. siue penitentia multu
fuit sera et pene morti contagua. uita
ta teste scs abbe. per cuius meritum
illam creditur habuisse. **Novicius**.
Reuera iustorum presentia mouen
tibus multum e necessaria. **Monach**
Hoc scs gregorius manifestat in qua
dam omelia. loquens de quodam p.

uerso iuvene qui se deuorandum diaconi
clamabat quem sc̄m circumstantium oi-
fugauit et contritionis grām infirmo ob-
tinuit. Audi ad huc de quodam **uicario** ui-
ro sc̄lari cuius contritio finalis tam ueta
innotam uetissima fuit. ut per eam n̄
solum mereretur remissionem peccatorum.
immo etiam glām miraculorum. **xviii**
Ant hoc triennium defunctus est philip-
pus comes namuicensis. uir potens et
nobilis. filius baldewini comitis. flandē-
dite q̄m morētur tantam ei contulit do-
minus in infirmitate contritionem. ut
talis contritio non eēt uisa in aliquo
homine nostris temporibus. Quatuor
abbib' ordinis nostri simul et sepe con-
fessionem suam facere consuevit. ut tan-
tum se aculans. ut tantum plangens.
ut omnes ad lacrimas prouocaret. Hec
ei ista sufficiebant. quin laqueum collo-
suo iniceret. rogaretq; confessores suos
ut se traherent in plateam dicens. Sic
canis uixi. dignum est ut moriat. sicut
canis. filias fr̄s sui baldewini comiti
qui fr̄s fuerat rex grecie. tradiderat regi
france. cuius filiam duxerat uxorem.
Quidam dixerunt quia uendiderit eā.
De quo fr̄o plurimum dolebat. Depor-
tari se fecerat in pauperissimam domū
ciuitatis sue. in qua pauper spū migra-
uit ad dominum. Volens autem pius
dominus tantam remunerare contri-
tionem. miraculis eum glorificare dig-
natus est. tanquam dilectum confes-
sorem. Sepultus in ecclia sc̄i albani m̄ti
in qua ip̄e instituitur conuentum. ca-

nonicorum. de suis iustis redditibus. eis
stipendia ad huc sanus ordinans. tantis
usq; hodie signis coniscat. ut de remotis
regionibus infirmi aduenientes ad eius
tumbam sanitatem recipiant. ip̄amq;
terram circa sepulchrum effodientes se-
cum pro benedictione deportent. **Novus**
Quorū utrum grām tantam meruit
conuersatione. ut finali contritione.
Monach' satis puto quod caritatem
habuit ante suam infirmitatem. quia
satis erat mansuetus. et humilis. si uix
aliquis est qui nouit eius uitam. et ex-
tremam penitentiam. quin magis hāc
glām miraculorum. ascribat extreme
que maxima fuit contritioni. q̄m p̄f-
tine conuersationi. **Novus** videtur
in quod multum apud d̄m ualeant
lacrimę contricionis. **Monach'** Quāti
sunt apud d̄m ualoris. quanti ue pon-
deris. subiecto tibi exemplo demonstrabo. **xviii**
Tempore scismatis quod fuit inter alexā-
deum et calixtum sub frederico impeta-
tore. qui eiusdem scismatis auctor erat
et defensor. compēlebantur omnes ecclie
per uniuersum orbem romanum litte-
ris imperialibus iurate fidelitatem et obia
calixto. quem ip̄e papam creauerat.
Resistentes uero uisli sunt exulate. Cū
huiusmodi litere exhibite fuissent con-
uentui de hēmentode. fr̄s unanimi
consilio dicerent se nequaquam uel-
le recedere. abunitate. p̄ceptum est
eis ut ceteris de romano garent in
perio. **S**ix illi uirtutis diuinum uir-
tutum timorem minus regis ante-

.hēmentode

ponentes. cum iam res suas et uestimenta sar-
cinassent. ordinatq; fuissent. in diuersas do-
mos regni francorum. dicebat unus eor-
uenerabili sacerdoti. dauid. monacho ibide.
Pater ignoras quia omnes migrabimus
de loco isto. Ita enim intentus erat celesti-
bus. ut quid in exterioribus ageretur. pres-
ignoratet. Cui cum miranti et interrogā-
ta causam. ille negotium totum explica-
ret. maximam in domino hīs fiducia
uir beatus. respondit. Confortamini
frēs. non enim deseret dominus spem
in se. Antiphonam que in nocte dice-
tur sup magnificat. fortiter et cum lac-
rimis cantate. et dominus consolabitur
uos. Erat autem dominica ante aduen-
tum in qua antiphona est sup magni-
ficat. qui celorum contines tuos. et ab-
yssos intueris. terram pugno concludi.
gaudi nos in gemitibus nostris. Ipse u-
scs uirans orationum. stauit animam
suam in oratione. cum multis lacrimis
diuinam interpellans clementiam. ac-
quiescentes eius consilio frēs. eandem
antiphonam tanto uentius cantabāt.
quanto fortius cantantes angustia pre-
mebat et ad cantandum incitabat. Rex
pius dominus lacrimis seruatorum suorum
impetratoris cor mutauit. et misse sunt
littere sub festinatione ut manerent.
orarentq; pro impio. Ex his potest colli-
gere. quā efficaces sunt in auribus di-
lacrimie contritionis. Potest quis alti-
tales obtinere lacrimas. **Notitius.**
meritis siue precibus. **Monachus.** Ad
alij alij huiusmodi grām obtinere

possint a deo meritis. habes sup caplo tēto.
ubi apostata monachus meritis patris et
hospitis sui scī bernardi per lacrimas con-
tritionis iustificatus est. Aliud habes ex-
plum in capitulo. xviij. ubi miles apud te-
nis meus presūtia communicans. me-
ritis ipsius. per donum contritionis cū
in maximis eēt peccatis metuūt illum
nari. Pro nullo horum dicitur orasse.
Item quod quidam alij lacrimas con-
tritionis quibus peccata sua diluant
impetrare ualeant. diuersis tibi osten-
dam exemplis. **XXIII.** **o. o. o.**

Retulit nobis hoc anno dominus. Valte-
rus abbas uilariensis te teste. quō mo-
nachus quidam cum intraretur ab
abbē suo. ad cenobium quoddam scī mo-
nialium ordinis nrī. rogaueritq; uia
ex eis quā amplius meriti apud dñm
spabat. pro se orate. respondit illa. Qu-
uolitis ut orem pro uobis. Et monachus.
Volo ut obtineatis a domino. ter in
ebdomoda ad sollempnes uigilias. h-
est feria scda. feria quinta. et sabbato.
quando longiores sunt uigilie. specia-
lem grām lacrimarum et deuotionis.
Cui illa constanter promisit. quia hoc
ei obtineret. Reuersus monachus ad
claustrum suum grām promissam
stans ad uigilias expectauit. in eisdē
noctibus per orationes scē illius multi-
cris a domino copiose percepit. Illa p-
spm intelligens se gauditam. eidem
monacho per quendam clericum fami-
liarem mandauit. et quia iam grām
percepisset promissam intimauit. Cū

uero abbas euidem domus iam dictam gra-
tiam pro edificatione clero recitaret. subre-
pit ille. dicens se eo multo melius scire. ut
pote qui ab ipa audierit. que talem gram
impetrare potuit. Recitauit nobis et filie
huic idem abbas. in sua sca ueriditate
dicens. Vos non estis sci. ego aliquid refe-
ram uobis. de scitate mea. sic incipiens.
Cum intellexissem supra. *r. x. o. o.*
dictum monachum gram illam lacti-
matum percepisse a femina tali religio-
sa. rogauit abbeem meum. tunc recentet
fcs monachus ut liceret michi tales ui-
sitare feminas. et concessit michi statim.
 Veniens itaq; ad domum cuiusdam ho-
neste matrone brabantie hospitandi
gra. cum intellexisset desiderium meum.
dixit michi in ioco. Quid queritis uide-
istis begginas. *U*ltis ego ostendam
uobis mulierem bonam. que quequid
uult optinet a do. Respondi. Talem mi-
tum uide desidero. Et statim ad uerbum
cuius mulier quedam de cubiculo suo
egressa. ueniens ad me cepit mecum
loqui. In cuius aduentu cum michi
sentirem gram adesse. rogauit eam ut
oraret pro me. Que cum diceret. quid
uultis ut orem pro uobis. respondi.
ut possim deflere peccata mea. Et illa.
Numquid non estis monachus. qui pec-
cata sua no potest deflere. monachus
non est. Et cum instarem quatinus in
gram hac obtineret. respondit. Ite ha-
bundantet habebitis. proxima nocte
orans ante lectum meum. cum
de peccatis meis cogitarem. nec tam

mulieris promissum nunquam attende-
rem. *C*epi ita habundantet et supra mo-
rem solutum flere pene usq; ad media
noctem. ut tandem timens capiti meo
ux me cohibere possem a fletu. Que
cum michi mandass; quod tali nocte
gram illam lacrimarum michi impe-
trasset. iterum reuersus sum ad eam.
et suscitatus sum ab ea. dicens. Dicite
michi in caritate. qualiter michi obtinu-
eritis gram illam. Que respondit in sub-
his uerbis. Primo quidem dnm duru
inueni. s; dixi ei. domine non euades ma-
nus meas. nisi monachus ille habeat
gram lacrimarum. Et statim concessit
tibi. *A*diecit et tertium exemplum.
de simili matia. *r. x. o. o.*

Alio inquit tempore rogauit unum ex
monachis nris bone opinionis uiu
ut rogaret deum pro me. Qui cum
in daret optionem quid michi uelle.
ado impetrari. uolens sermonis eius
fiduciam probare. respondi ei. Solo
ut obtineas michi p missam gram
lacrimarum. quibus peccata mea
deplangam. Et promisit michi mul-
tum confidenter. Sequenti die cum
p missas moram facerem ante quod-
dam altare. et cem solus in oratione.
tanta in affuit habundantia lacti-
marum ut mirarer. Postea cum ui-
disset me supradictus monachus.
corpore quidem iuuenis s; moribus
ualde maturus. cepit in signare
si bene eet mecum. gram notans
in collatam. Ego signum eius non

intelligens. et ante priorem illum ducens.
 que si quid signaret. **Qui** dixit michi.
Numquid non copiose hodie habuisti lacrimas.
Quoniam cum interrogassem si uideret me lacrimantem.
Respondit. Estis uos tam stultus quod putatis me uideret.
Ego minui sanguinem. nec licuit in dictis nullis morari in oratione.
Tunc interrogatus a me quomodo michi gratiam eandem obtinuisset.
respondit pene sicut supra dicta mulier.
Dominum inquit primo durum inueni. sed dixi illi. ecce domine non dimittam te. nisi facias quod rogo.
hys uerbis placatus ex audiuit me.
Novitius. **Vir** bonitatis dei. quod cogi potest. et uult a seruis suis et ancillis. quomodo pater dulcissimus cogi solet. a filiis et filiabus delicatissime ab eo nutritis.
Monachus. **Qui** cum perfecte diligunt nullam ab ipso in orationibus suis patiuntur repulsam. si tamen saluti contraria non fuerit ut que petuntur.
Novitius. **Si** dominus confert alicui in oratione lacrimas uel alia bona signa contritionis. et uult illa ab alijs uideri. est ne ei periculosum.
Monachus. **Secundum** intentionem orantis. pendet solutio huius questionis. si ei placeat ut alij lacrimas eius uideant. quantum per eas edificentur. ipse tamen humilitatem in corde custodiat. meretur.
Si autem demeretur. **xxiii. q. 2. v. 2.**

Monachus quidam magne opinionis retulit michi quoniam novitius fui. de quodam monacho. quod die quadam

cum iaceret in oratione ante aliquot altare. et dominus ei tantam contulisset gratiam lacrimarum. ut etiam irrigaret terram. ex immensione diaboli. ut postea patuit. cordi eius suborta est inanis gloria. ita ut diceret intra se. **utinam** uideret aliquis in gratiam istam.
Mox hys qui immisit affuit. et ad lacrimas eius stans a latere. diligentissime respexit. transfigurauerat enim se in speciem nigri monachi. **Leuans** oculos monachus. tam ex horrore mentis quam ex nigredine uestis demonem totius superbie auctorem esse deprehendit. et quem per uitium inanis glorie inuita uerat. per uirtutem et signum crucis fugauit.
Ob huiusmodi pericula iubentur a domino oraturi intrare cubiculum et claudere ostium super se. hoc est uitate laudem humanam.
Novitius. **Si** nostri ad huc aliqua de gratia exempla. in ut edisseras obsecro.
Monachus. **Cogitanti** in de contritione. alia atque alia occurrunt exempla. in quibus christus totius uirtutis auctor gloriatur. et penitens omnis consoletur.
In ciuitate quadam an. **xxiii. q. 2. v. 2.** glie puella quedam habitauit uel dei cuiusdam filia. et secundum genus suum satis speciosa. hanc uiuentis quidam clericus episcopi eiusdem ciuitatis cognatus. et ecclesie maioris canonici. ut uidit. concupiuit. et uerbis amatoris ad consensum sue libidinis cum multo labore inclinauit. ad cuius amplexus dum aspiraret

et nimis incendys estuans. eam cotidie ad
 conuersionem sollicitaret. respondit illa.
 patri meo multum sum dilecta. qui intan-
 tum custodit me. ut neq. ego ad te. neq. po-
 sis uenire ad me. nisi in nocte sexte ferie
 que pascha utimur precedit. Tunc enim iudi
 laborare dicuntur. quadam infirmita-
 te que fluxus sanguinis dicitur. circa
 quam occupati alijs tunc minus inte-
 dere possunt. Iuuenis hec audiens. et
 ob amoris inuictatem. pene ratione ca-
 rens. oblitus. xane religionis. inmemor
 dominice passionis. nocte eadem ad uir-
 ginem uenit. et usq. ad matutinum cum
 illa dormiuit. Iudeus uero pater pu-
 elle ante lucem cum lumine cubicu-
 lum intrans. uenit ad lectum filie uo-
 lens uidere quomodo iaceret. ul. si forte o-
 piri necesse haberet. Vidensq. ad lat-
 eius iam dictum iuuenem cubante.
 cepauit et infremiuit. utrumq. occide-
 cogitans. Cognoscens tam quod eet
 cognatus epi. timore illius manum co-
 hibuit. et cum multa ira exclamauit.
 Quid facis hic o male. xane. Ubi e fides
 tua. ubi est religio tua. Traditus es iusto
 dei iudicio. in manus meas. Si non ti-
 merem dominum meum epn. modo oc-
 ciderem te. Ille timens et ueniam postu-
 lans. cum maxima confusione electus e.
 Die eadem cum epe sollempne officiu
 ad nonam eet celebraturus. et iuuenis
 idem ut pote ebdomodarius eptam lec-
 turus. timuit cum tam immunda o-
 scia ad sacrum ministrium accede. et
 timuit ppter notam alteri uicem die

tali comittere. timuit tam turpe pec-
 catum tam recentet per confusionem a-
 licui aperire. Et cum uictus erubescencia
 sacris uestibus indutus coram epo statet
 in loco suo. et supradictus iudeus multi-
 tudine iudeorum sti patius cum magno
 strepitu intrauit ecclesiam. epo de cognato
 suo facere uolens quietimoniam. Quem
 ut iuuenis uidit. et bene intelligeret ad
 quid uenisset. cepit timete. pallere. tre-
 mere. et dicere do in corde suo. Domine ds
 libera me in hac hora. et ego tibi promit-
 to quod decetero te non offendam. immo
 de hoc peccato et factis faciam. Creator pi-
 ussimus qui odit culpam et diligit na-
 turam. mox ut hominem contritum
 uidit. et confusionem quam timuit in
 caput infidelium conuertit. Miranti
 epo quid querebant iudei in ecclesia maxi-
 me tali die quoniam xani domini sui represe-
 tant passionem. annuit ut statent.
 Illi amplius se eius presentie ingeten-
 tibus. statim ut ora ad clerici accusati-
 onem a p ruerunt. et priuati suis
 uocibus omnes obmutuerunt. Videns
 epus ora iudeorum contra se hiantia. et
 nulla uerba ex eis resonantia. et putas
 quia ad hoc uenissent ut diuinis mis-
 teris illuderent. cum indignatione
 omnes de atrio ecclesie expelli precepit.
 Clericus uero diuinam in se expertus
 clementiam. statim completo officio.
 accessit ad pontificem. confessus e cul-
 pam. suscepit penitentiam. Epus dmi
 miam ammirans et glorificans. tum
 p magnitudine miraculi. tum p penite

tia cognati. idem sua sit ac per sua sit. ut puellam a se defloratam. per baptismi gratiam renouatam. legitime duceret. malens illum sicut uir pius et iustus ecclesiasticis carere beneficijs. quoniam illam multis expositam periculis in paternis manere delictis. Clericus non ingratus diuini beneficij satis facere cupiens de peccato commisso. conuersus est per in ordine in ordine nostro. similiter et eius instructu puella. hec michi sepius recitauit quidam religiosus abbas ordinis nostri. ecce uides quantum boni operata sit in hoc homine contritio. lapsus extitit. uideos clingues fecit. puellam infidelem ad fidem peruenit. **Novitius.** Bene uideo. ammiror. et gaudeo. dique bonitatem circa nos in multis confidero. **Monachus.** Quia sermo est de iudeis. uis ad huc aliam audire historiam huic ex parte similem. ad honorem fidei nostre atque christianorum. confusionemque iudeorum. **Novitius.** anima mea sitit talia audire. **XXIII Monachus.**

Talitate ut opinor yornatia iudei quidam manebat. filiam huius formosam. hanc iuuenis quidam clericus in uicino habitans adamauit. de uirginauit. et impregnauit. Erant enim domus illorum satis contigue. et poterat idem clericus sine nota frequenter intrare. et pro libitu loqui cum uirgine. Illa intelligens se concepisse dixit iuueni. **Concepi. Quid faciam. Si cognouit pater meus. interficiet me.** Respondit clericus. **Noli timere.**

Bene liberabo te. Si dixit tibi pater tuus uel mater. quid est filia. uenter tuus intumescit. uideris nobis concepisse. respondebis. **Si concipi nescio. hoc scio quia uirgo sum. et nondum uirum cognoui.** Ego bene agam cum illis. ut credant tibi. Ille diligentissime cogitans. qualiter puellam liberaret. huiusmodi stropham inuenit. Tollens arundinem. in silentio noctis. ad fenestram camere iuxta quam illos dormire nouerat. accessit. et uerba huiusmodi per immixtam fistulam sibi lauit. **Quisti et deo dilecti. proprijs uobis eos exprimens. gaudete. ecce filia uirgo concepit filium. et ipse erit liberator populi uiri israel.** Statimque paululum retraxit arundinem. ad hanc uocem iudeus expectatus. excitauit uirum suam. dicens ei. **Nunquid non audisti. quid nobis locuta sit. uox celestis.** Respondit mulier. **Non. Et ille. Quis ut et tu audire uicere.** Quantibus eis. clericus ad fenestram stans. et diligenter quid loquerentur auscultans. et post morulam eadem uerba. que supra. repetiuit. atque adiecit. **Magnum debetis filie uirginitatis honorem exhibere. magnam curam adhibere. et cum multa diligentia seruate puerum. de eius uirgineo corpore nasciturum. ipse enim est messias quem expectatis.** Illi exultantes et de reuelatione post repetitionem facti certiores. uix diem expectare potuerunt. Puellam uero confidenciantes intumescente aliquantulum utero concepisse. dixerunt ad illam. **Dic nobis filia. de qua concepisti.** Quibus illa. sicut edocta

fuerat respondit. Viri pre gaudio sese ca-
pientes. non potuerunt se continere quin
familiaribus suis dicerent. quid ab anglo
audierint. Illi alijs recitantes. fama di-
latante diuulgatum est per ciuitates
et castra. quia talis uirgo messiam par-
curret. Instante tpe parienti multi ad
domum puelle confluxerunt iudei.
cupientes noua natiuitate diu deside-
rati letificari. **S.** iustus ds uanam spe
iniquorum conuertit in fa bulam.
gaudium in tristitiam. expectationem in
confusionem. **Quinto.** Quorum patres
olim cum herode de natiuitate saluti-
fera. filij dei turbati sunt. decuit ut
istis temporibus tali illudereutur fa-
tasinate. **Quid plura.** Affuit hora ut
pateret misera. et ecce scdm consuetu-
dinem mulierum dolor gemitus et
clamo. Tandem enixa e infantem. no
tamen messiam s; filiam. Quo cogni-
to. ualde confusi. et turbati sunt iudi.
In quibus unus e multa indignatione
paruulum pede apprehendens. allisit
ad parietem. **Notici.** Quod p hęc actū
est de puella. **Monachus.** Pater eius
confusionem suam grauiter ferens
afflxit eam. et cum tormentis extor-
sit ab illa confessionem totius doli.
Homieus. miserabile fuit. quod uir-
go infidelis ab homine fidei seducta
ac corrupta. non est ad bap tismi gram
ut supradicta puella perducta. **Monach.**
forte clericus hoc efficere non potuit.
l potius non curauit. magis gaudens
de iudeorum confusione. qm de puelle

illuminatione. Si ut dicit miserabile
est non baptizata. non illuminari per
baptismum. multo miserabilius e qd
hodie ab epi compellitur baptizata redi-
re ad iudaismum. **Nomeus.** Casu
istum audite desideto. **Monach.** **xxv.**
Nuper ciuidam iudei louaniensis filia
tali ordi ordine conuersa est ad fidem.
Clericus quidam tenerus nomine.
capellanus ducis louanie solitus e-
rat intrare domum iudei. cuiusdem
ciuitatis. et disputare cum eo. de fide
xana. habebat autem filiam paruul-
lam. que ualde diligenter intendebat
disputationi. scdm capacitatem intel-
lectus sui ponderans tam uerba cleri-
ci opponentis. quam uerba iudei re-
spondentis. Sicq; sensim per diuinā
dispositionem dispositionem. in bue-
batur ad fidem catholicam. Suasa etiā
a clerico. secreta tamen. contrita est. in-
tantum ut diceret se uelle baptizari.
Adhibita e ei mulier que sine nota
puellam de domo patris educeret.
Quam clericus iam dictus baptizari
fecit. eamq; in monasterio ordinis
cisterciensis quod parisi de locauit.
Cognita eius conuersione pater infidelis do-
luit. multam pecuniam offerens du-
ci. quatinus s; restitueret filiam. qm
furtim conuerebatur fuisse sublata.
Dux uero cum uellet patri restituere
filiam. iudeo scil. xanam restitit ei wal-
terus clericus. dicens. Domine. si h
scelus commiseris contra dm et spo-
sam eius. nunquam saluabitur

anima uirā. Restitit ei et dominus Walterus abbas uilariensis. Videns iudē se frustratum spe quam habuit erga ducem. corrupisse dicitur dominum hugonem ep̄m leodicensem. Qui iudēo in tantū fauebat. ut conuentui sc̄imoni alium. de parco litteris suis. uirgo mandaret. quatinus illi filiam restituerent. Veniente uero iudēo ad iā fatum cenobiū cum amicis et cognatis et amicis suis. uirgo infra cōstituta cum de illorum aduentu presus nil sciret. sentire cepit fetorem magnum. ita ut palam diceret. Nescio unde sit fetor iudaicus me grauat. Interim iudēis pulsantibus ad fenestram. cum puella diceret abbatissa ut puto. filia katerina. sic enī uocata fuit in baptis̄mo. parentes tui uolunt te uidere. Respondit illa. Ecce iste est fetor quem sensi. Non uidebo illos. Non acquieuit exire. Anno preterito accusatus fuit idem ep̄s leodecensis pro eadem causa. coram domino engilberto archiep̄o colome in synodo cuius. et preceptum fuit ei ne decetere molestaret supra dictum cenobiū pro puella baptizata. Tunc quidem subiacuit. sed non obediuit. Postea uero litteris suis puellam citauit leodium. sub pena excommunicationis. patri suo responsuram super obiectis. Venit katerina. sub bona tamen custodia. Allegatum est pro iudēo quod infra annos rapta fuisset. et uolenter

baptizata. Et dixerunt quidam puella. katerina. dictum est uobis quod libere redires ad patrem tuum si. . . permitteretis. Respondit puella. Quis hoc dicit. Responderunt illi. Pater tuus. Tunc illa clara uoce. tale protulit uerbum. Pater meus recte mentitus ē per mediam barbam suam. Cumq̄ ad huc instaret aduocatus iudēi. cōmotus dominus Walterus abbas uilariensis. ait illi. Magister. uos loquimini contra deum. et contra honore uestrum. sciatis pro certo si ad huc unum uerbum loquutus fueritis contra puellam. ego laborabo apud dominum pp̄am ut perpetuum uobis in omnibus causis imponat silentium. Tunc ille timens. secreta respondit abbi. Domine abbas. qd nocet uobis si potero pecuniam extorquere a iudēo. Ego nichil loquar quod obēe poterit puelle. Qui mor ut salariū suū accepit. dixit iudēo. Non audeo de cetero loqui de hac causam. Anno preterito qm̄ domini Gwido abbas clareuall. uisitauit in ep̄atu leodicensi. eundem ep̄m conuenit. monuit et rogauit. quatinus intuitu dī et honore succellaret aueratione puelle iam xp̄o dicente. Cui ep̄s respondit. Bone domine abbas quid ad uos de causa ista. Respondit abbas. Bene ad me. duplici ex causa. primo. quia homo sum. ianus. secundario. quia domus illa in qua deget de linea clareuallis ē. et adiecit.

puella & causam eius sub protectione
domini ipse constituo. et super litteras
contra illam a uobis datas appello. Tem-
pore capli gual. litteras a domino ipse cont-
epm impetratas p abbem nr̄m misit
prou de parco. ut si forte ep̄e ad huc con-
uentum ueritate ppter puellam attemp-
taret eisdem se litteris defenderet. **No-
uitus.** Sicut paulo ante in ep̄i anglie e-
dificatus sum mia. ita in huius ep̄i sc̄i
daluatus sum auaritia. **Monachus.**
Defensores eius dicunt cum non ee p-
tinacem in hoc negotio amore pecunie
s; zelo iusticie. Quibus minime credit.
quia si ageretur stimulis iusticie. ne
quaquam cogeret puellam baptizata.
uirginem xp̄o signatam. et in religioe
xp̄iana. etiam supra etatem feruentem
ad iudaicam redire pfidiam. **Nonuitus.**
hoc et in uideatur. **Monachus.** Occurrit
michi huc exemplo. aliud ex parte si-
mili. de quodam milite sc̄lari. ita ut
ex ip̄o suo feo. sepedito pontifici. expro-
bare uideatur sententia illa pphetica.
Eribesce sydon ait mare. **xvii**
Nulla nobis uicina que linte dicitur
infra hoc triennium quedam puella
iudei cuiusdam filia baptismi desi-
derio diuinitus accensa. ad quada
feminam eiusdem uille uenit. et
quia baptizari uellet satis simpli-
citer intinuit. Cui suatum e a mi-
liete ut cunradum militem adiret.
uoluntatemq; suam exponet. Quod
cum fecisset. ille gaudius ualde pol-

lucatus e. quia ei consilio. auxilio. ul' tempo-
rali subsidio. nullatenus deccet. Die quido
baptizanda erat. dixit ad militem. Tunc
procurate ne uideat me pater meus in
fia hoc triennium. quia si ab eo uisa fuero
tanta sc̄i. quod iterum oportebit me re-
dite ad iudaismum. Positi sunt milite
procurante circa cimiterium homines
armati. qui et uideum uertarent intrare.
et puella secure posset introire siue ex-
ire siue illius contemplatione. Procu-
rante do baptizata e uirgo. et uocata
elizabeth. Paucis diebus elapsis post
baptismum. occurrit ei mater infidel.
et ait. Bona filia reuertere ad iudaismum.
Respondit illa. n̄ possum quia
xp̄iana sum effecta. Tunc mater. Ego bene
t̄ auferam baptismum. Volens puella
pbare quid mater d̄re uellet. Respond.
Quom̄ h̄ facies. Ego inquit uideat. tribus
uicibus te sursum traham per foram
latine sicq; remanebit ibi uirtus baptil-
mi tui. Quod uerbum puella audiens
et exortans. contra matrem sp̄uit.
fugiens ab illa. Predictus miles cu
sit etate iuuenis. nec tamen multum
diues. uirginem loco filie nuxit. uo-
lens illam tradere uiro. ul' in aliquo
locare monasterio. **Nonuitus.** Quod
dicturus e ep̄e leodicensis in die uici-
cy. cum uidit hunc militem de
uirginis huius conuersione gloriari.
Monachus. Non est nr̄m ep̄os ui-
dicare. cum sepe a multis multum.
sine ca q̄ q̄m. uideatur. **xviii**

Clericus quidam parisius ante paucos annos uerbum terribile contra ep̄os loquitus est. dicens. Omnia credere possum. sed non possum credere quod umqūs aliquis ep̄s alemannie possit saluari.

Novitius. Quare magis iudicauit ep̄os alemannie q̄m ep̄os gallie. anglie. longobardie ul' tuscie. **Monachus.** Quia pene omnes ep̄i alemannie utrumq; hēnt gladium sp̄ialem uidel' et materialem. et quia de sanguine iudicant et bella exercent. magis eos sollicitos ēē oportet. de stipendijs militum. quam de salute animarum s̄ commissorum. Inuenimus tam̄ et ep̄s coloniensibus qui pontifices simul fuerunt. et duces aliquos fuisse sc̄os. beatum uidel' Bruno nem. sc̄m heribertum. et sc̄m amonē.

Occasione uerbi iam dicti clerici. recordor et alterius cuiusdā uerbi ad huc

terribilius a quodam defuncto contra ep̄os prolata. **xxviii. v. o. v. o.**

Ideuualle nostris temporibus monachus quidam in ep̄o electus est. Quē cum electores requirerent. et ille onus suscipere rennueret. imperium abbas ei' ul' ep̄i accessit. si imperantibus nō acquerit. **V**estatum est ab eo. atq; non multo p̄ defunctus. Qui cuidā s̄ familiari manifeste appārens post mortem. requisitus de statu suo. et si aliquid timeret. de illa inobedientia. Respondit. Non. **V**adicit. Si obediens fuisset. et ep̄atum illum suscepisset. dampnatus ēē eternalit.

Subiunxitq; uerbum ualde terribile.

Ad hoc inquit iam deuenit status eccle. ut nō sit digna regi nisi areprobis ep̄is.

Novitius. Sc̄m Willhelmum ep̄m qui ante paucos annos defunctus est. ēē de numero electorum. crebra eius testatur miracula. **Monachus.** Puto illum uerbum tam horribile contra ep̄os profereudo. respexisse ad multitudinē malorū et ad raritatem bonorum. et ep̄ eandem raritatem erigat malicia subditorum. sicut testatur sacra scriptura dicens. Qui regnare facit ypocritā p̄ peccata ppli.

Novitius. Relinquatur ḡ horum orō. quia ea que residua s̄ de contricione audire desidero. **Monachus.**

Quod dictum est. de puellis baptizatis. et de ep̄is. ad contricionem pertinet. quia ī adultis sine contricione n̄ saluetur baptizatus. et ep̄orum est mereri contritis corde. confessiones illorū recipiendo. et penitentiam inuigendo. **V**n̄ quia pauci n̄r temporis ep̄i in tali physica student. et practicam eius minus exercent. uisite aliqui a subiectis et uirginis iudicant. **xx. x.**

Tempore friderici imp̄is aui huius friderici qui nunc regnat. sedente xp̄iano ep̄o magnitūe iuxta quendam ep̄m lombardie requisitus est ab illo si uollet omnes ep̄iscopu sui homines. Subridente ep̄o ac respōnte. puto ep̄atum meum non minorem ēē tota lombardia. ex p̄auit bonus ac sollicitus ep̄ ille. considerans periculum eius in rō

denda ratione. **Novum** Et merito. Quia
 g' unus homo. tot animas regere possit
 sine periculo. **Monach'** Visio quedam sa-
 tis terribil' memorie occurrat. que et sup'
 dictis respondet. et nostris temporibus
 videtur et impleta. cuius tenor talis e.
Fater symon e' est in oratione. **xxv. d.**
 ante altare sc'e di genitricis marie. audi-
 vit vocem dicentem s'. Hone pastorem
 tuum superiorem. et dic ei. Oves tue
 fundent sanguinem. Et precipe ei ne
 semet et eas interficiat ueneno. Nam
 et posuit cor suum in ventres lupo-
 rum latrantium. Membra mea incipient
 commoueri a crudeli bestia. que homo
 facta e'. Et et clama undiq' magnam di-
 omnipotentis offensam. idic. Nisi co-
 uertimini et emendemini. occidemini.
 Inimici mei uindicabunt iniurias meas.
 post hec apparuerunt oues quinque
 pinguissimae. ac deinde boues tres.
 macilente. pro quibus dum querebam
 quid significarent. responsum est. Quae
 oues anni sunt quinque. magne habu-
 dantie. et boues tres anni famis ua-
 lide. Iterum. falsi romani excitabunt
 crudeles tumores. et iniquo consilio
 suo diuident potestatem romanam.
Et iterum. Iherusalem capietur. et destructa
 et inimici mei uindicabunt iram
 meam. quia polluerunt uias meas.
 in quibus ego ipse ambulaui. fame
 maxima artabuntur. Celi et terra tre-
 mebunt. S; homo non uult tremere.

a crudeli bestia. Postea sol conuertetur
 in tenebras. Deinde ueniet dies habens
 longitudinem dierum duorum. Post obu-
 brationem autem sol scietur quod cru-
 delis bestia ostentabitur. x. tribubus
 que clausae sunt. Unusquisq' felix. scilicet
 meorum membrorum. sanguinem fundit
 quoniam tunc persecutiones antiq' ape-
 rientur. Ideo unusquisq' felix prepa-
 ret se ita ut recte uiuat in hac breui ui-
 ta. Post hec facta. uidit demonem lonca-
 tum et galatum. habentem squamas
 tamquam piscis qui uocatur catpo.
 Pupille oculorum eius tere et ardente
 tanquam facula. que a uento agitatur.
 De ore et naribus eius procedebat fla-
 ma sulfurea. Dentes ei partim albi.
 partim sulfurei. Post hec facta est uox.
 Post conturbationem sol suscitabit
 crudelis bestia arte mala quosdam iu-
 deos. tanquam amotius. qui tamen non
 erunt iudei. s; falsi nuntii. dicentes se
 amotius resurrexisse. ueris iudeis spe-
 uanam promittentes. et in infidelitate
 sua. et in errore iudeos fouentes. et mul-
 tos decipientes. Et adiecit.

Colonia deplora calamitates tuas que
 ueniunt tibi. quoniam non solum ex culpa
 solius epi. s; etiam ex communi pecco-
 ueniunt mala sup'dicta. Veruntamen
 ipse epi plurimum debet dolere. quoniam
 ipse omnibus alijs est prelatus. Hanc
 uisionem conuentus noster missus
 sup' montem stromberg. ibid' reperit. Eod'
 anno capta est iherusalem et terra sc'a.

quod in eadem uisione fuit predictum.

Monachus Interpretationem huius reuelationis nosse desidero. Partim michi tractare uidetur de his que nostris temporibus contigerunt in episcopatu coloniensi. partim de aduentu antixpi. Quod autem factum sit hec reuelatio in episcopatu coloniensi. et ad eiusdem diocesis episcopum. ex fine eius colligo. si quis fuit idem. scilicet penitus ignoro. Pastorem hunc superiore. adolphum episcopum intelligo. qui post mortem henrici imperatoris. quasi uenale in primum hinc. ueneno auaritie se ipsum infecit. plurimosque interfecit. Nec mirum. Posuit enim cor suum. id est consilium suum. in uentres luporum. ad thesauros richardi regis anglie late hiantium. quorum consilio ottonem saxonem filium sororis eius in regem romanorum elegit. Ex tunc crudelis illa bestia. scilicet auaritia facta est homo. id est hominibus ita sociabilis et cara. ut eius zelo. et tunc potestates a iusticia et fide moti. negligenter inramenta. primum parui pendentes. Missus est eodem tempore cardinalis coloniensem qui ottonis electionem confirmaret. principesque a iuramento quod friderico qui nunc regnat. fecerant absolueret. quod magis ut rei certius probauit. impium fuit diuisio. quam confirmatio. Ab illo tempore prouincie incendis uastatae. et ecclesie depredantur. sanguis multus funditur. adolphus deponitur. colonia obsidetur. Tunc impleta est extrema pars huius uisionis.

ticantem. Est enim sacerdos simplex et rec-
tus: et multa ei diuinit' reuelant. Cri-
stente me anno petito cum abbe meo in
eadem villa: habet enim dom' de eberbato
grangia in eadem villa: et ad eum spectat
diuina illic procurare: retulit nob' ma-
gist' grangie dices. Tantum pecunie o-
portet me dare predicto sacerdoti ne ecclia
diuinis careat: est enim homo uite p'ise
ac luxuriosus: tres missas frequit in die
celebrans. Cui abbas respondit. Pri' ei
dare pecuniam ne celebraret. Qui enim
manducat et bibit indigne: iudicium sibi
manducat et bibit. **Monachi.** Quid sig-
nificat quod carbones visus est manducare?
Monachi. Sumunt ne mali corpus domini? **Monachi.**
Sumunt sicut et boni: sed tantum sacramen-
taliter. Carbonem ignis creat: et est carbo
extinctus ignis nutrimentum. Quod enim
indigne christi corpus tractat et manducat
gehennam sibi parat: et nisi de tanta
culpa peniteat. erit in combustionem
et ab eis ignis eterni. **.lv.**

Retulit in anno petito platus qui
dam religiosus de partibus frisie. re-
nuntius horrendam de quodam sacerdote. ha-
bet enim manus tremulas ut corpus domini
non nisi per fistulam possit sumere. Die

quadam cum ex eius manibus sacramentum
super terram cecidisset: timens ne ab ali-
quo posset uideri qui culpam perderet: ti-
mens etiam ecclesie sue plus quam anime. pede
illud dicit calcasse. **Monachi.** In omnibus
christi passionibus non legi tale contemptum.
Monachi. Idcirco dicit augustinus
super illum locum dederunt in escam meam
fel. de crucifixoribus eius. Quibus similes
sunt indigne inquit sumentes et proficietes.
Grauius enim peccant contemptentes
christum regnantem in celis: quam qui cruci-
fixum ambulante in terris. Quod uero
ab eis conculcet: alibi dicit. Conculcat
christum qui libere peccat. et qui eo indigne
participat. Ob huiusmodi excessus huius
temporibus grauissime plagata est frisla: si-
cut dixisse me memini in distinctione
septima. capitulo tertio. de pugile qui cor-
pus domini sacerdoti de manibus excu-
sit. **Monachi.** Si mali sacerdotes christi
corpus in altari ut in uidetur credent:
numquam talia presumere. **Monachi.**
Quidam credunt. quidam non credunt.
Ut enim taceam de malis: de bonis sa-
cerdotibus tibi referam exemplum. **.lvj.**

Colonie in ecclesia sancti andree cano-
nicus quidam extitit ordine sa-
cerdos. arte medicus: petrus nomine.
Cum die quadam quidam ex eius conca-
nonicis infirmus. eo presente esset. communi-
catur: et ei sacerdos diceret. credis hoc esse
uerum corpus domini. quod natum est de virgi-
ne. et pro te passum in cruce: illeque respon-
deret credo: prefatus petrus utroque
uiba notans expauit. Postea solus

conueniens eucharisti scolasticū eccle-
sie. qui et ipse cōmunioni interat: ait.
Interrogauit sacerdos infirmū illū
bene. et respondit ille bene. **E**ciam inquit.
Qui aliter credit. heticus ē. Tunc
petrus euulans. pectusque tundens
exclamauit dicens. **V**e mi misero
sacerdoti. qm̄ hacten̄ missas celebra-
ui. **N**am usque ad hanc horā putabā
speciem panis et vini post consecratio-
nē tantū eē sacramētū id est signū
et representatiōnē dñici corporis et san-
guinis. **P**ostea vō ad deletiōnē eius-
dem ignorantie que nimis erat cras-
sa. in honore beate marie magdalene
in stolgingaze et capellam et hospi-
tale in quibz nūc habitant p̄dicato-
res edificauit. **S**i vō sacerdos littera-
tus. et bone ad modū uite sic errare po-
tuit. qd̄ dicam de ydiotis et malis.
Noniam. **S**i xpc̄ in altari tam a ma-
lis qm̄ a bonis tractat̄ et sumit̄: puto
qd̄ malos ualde indigne respiciat.
Moadi. **R**espectus xpi nō potest esse
sine misericordia scdm̄ subsequēs exem-
plū: qd̄ piculosi ē. facie auitit ab eis.
Sacerdos quidā cū **lvij.**
missam dicet. et xpi corpus in
manibz habet: quidā ex circūstanti-
bz in manibz eius puerū uidit. facie
ab eo auita. **Q**uod vbi agnouit: a-
uisionē eandem merito peccatis suis
iputans. turbatus est: ita ut dice
posset cū psalmista. **A**uisti faciem
tuā a me: et factus sū turbatus.
Spero qd̄ postea vitam suam emē-

dauerit. **Q**uibzdam etiam sacerdo-
tibz indigne p̄ficiētibz. pius dñs sa-
cramētū subtrahit: ne sibi ad iudiciū
illud sumant.

lviii.
Quidam sacerdos erwin' nomine
colonie in ecclesia beati petri ad al-
tare scē crucis missas celebrare cōsue-
uit. **H**ic cū die quadā post factam tñ
substantiationē hostiam deponēt. de
altari rotabat̄. **Q**ua cū vbicq; circa al-
tare quereret et populus cū eo: non
est inuenta. **H**aut dubiū qm̄ p̄ manū
scōz angloz plata sit in sublimē alta-
re dei: ne sacerdos luxuriosus eam su-
mēt ad suā dampnationē. **H**abebat
enī scubinā suā manifeste. **S**imile
habes in distinctiōe scda. caplo c̄nto.
de sacerdote cui colūba ob fornicationē
sacramētū tulit. **A**lij sūt sacerdotes
circa sacramētū altaris tam negligē-
tes. et tam indeuoti: ut ex p̄suetudinē
conficiendi corpus dñi. a cibis alijs
non discernant.

lix.
Abbas daniel de sconauia cum
prior esset apud nos: sicut ipse
nobis retulit celebrandi grā capellam
scī reinoldi que sita ē iuxta ecclesiam
scōz aploz in colonia intrauit. **Q**u-
cū sacerdotalibz fuisset indutus. et
p̄pls ad audiendā missā p̄ nolam cō-
uocatus: cū calicem p̄pararet. parti-
culam crude carnis illi intrinsecus
reperit adherentē. **T**erritus ualde. cū
delibaret utrū sibi esset celebrandū
v̄ cessandū: p̄plm̄ timēs scandaliza-
re si uestes exueret. panē calici super

posuit. vinū & aquā infudit: sicq; ce-
lebrans totū simul sūpsit. Dicta
missa requisivit ab inclusa cui calix
missus fuerat: q̄s nouissime ī eodē
calice celebrasset. **Que** respondit. Do-
min' talis nomine eū designās. **Erat**
enī dicte ecclesie scōꝝ ap̄loꝝ canonic' .
sacerdos secularis nimis: modicū vl'
nichil habens religiositatis. deuoti-
onis. siue diuini timoris. **Ego** puto
me eidem misse interfuisse. **Confessus**
est nobis prefatus daniel. et si tunc
nō michi: nūquā se in aliq̄ missa tantū
habuisse solationis ante vl' postea q̄n-
tū in illa. **Postea** cū idem bertolphus
hospitaret' apud nos abbas n̄r negli-
gentiam ei recitauit: sed nescio qua-
lit' deo satisfecerit. **Novus?** Melius
esset tam misere vite sacerdotibz de
qualibz supradictū est. tactis v̄bis.
et remota intentione tantū simula-
torie celebrare: quā corpus dñi confi-
cē & sumere ad iudiciū sibi. **Monach?**
Plus istos quedam auctoritas dicit
peccare: quia nichil simulatorie nic-
hil prestigiose. vel aliter quā institu-
tū est in ecclesia in hoc sacramento fieri
debet. **Idem** sciendū est de hys q̄
sine ordinibz celebrant: et more sy-
nearū alios imitantur. **Novus**
Vnde hoc probas? **Monach?** **Ozias**
rex iuda cū ex nimio feruore deuotio-
nis officii sacerdotale sibi usurparet:
a dño lepra percussus est. **Non** puto q̄n
multi sub eo essent mali sacerdotes
indigne offerentes: qui tam puniti

nō sunt. **Ex** pena cognoscit' culpa.
Audi de hoc recens exemplū. **lx.**
Sicut michi narrauit supradi-
ctus daniel. clericus quidam
q̄ndo parisiis studuit. horrendū
satis spectaculū in ecclesia scē dei ge-
nitricis p̄lo p̄buit. **Nam** sacer ig-
nis pene manus eius deuorauerat.
Quem secretius cū campanarius i-
terrogasset. sacerdos: subiunxit. **Nū-**
quā sacro crismate manus iste p̄-
uncte sunt. **Senciens** ille spū p̄phe-
tico se dephensum: confessus est cul-
pam. **Quantū** x̄po tanta p̄sūptio
displ' iceat: seq̄ns exēplū manifestat.

Dyaconus quidam **lxi.**
stenveldensis de ordine p̄mon-
strensi. **Gerhardus** nomine apostotā:
circa quatuor tempa se ordinem sa-
cerdotalem suscepisse finxit: et colo-
nie ī basilica scē mychaelis que ī por-
ta martis posita est. quasi p̄mam
missam instruente eū sacerdote mi-
serim' celebrauit. **Ego** eidem misse
tūc scolaris interfui: et multas re-
cepit oblationes. **Confessus** ē p̄tea
sacerdoti qui ei astitit. a quo ego
audiui: quod quociens se ūtat ad
p̄lim. crucifixū contra se stantē uide-
rit lacrimantē. **Est** enī ymago eadē
antiqua & sculpta: magna satis. **Nā**
pius dñs qui olim fleuit sup ma-
lita ruiture ciuitatis iherlm: & de p̄-
sumptione tanta lacrimari digna-
tus est. **Ex** lacrimis vō ymaginis
diuine considerans magnitudinē

culpe. penitencia ductus. sedē apof-
tolicam petijt: et in eadem via vitā
finiuit. **Hec dicta sufficiant de sa-
cerdotibz indigne conficiētibz. De
indigne sumentibz: aliqua tibi
dicam exempla.**

lxv.
A exodo p̄cepit dñs agnū pascha-
lem comedi assūm igni: et cū lac-
tucis agrestibz. renibzq; succinctis.
Si de agno figurali p̄ significatio-
nē hec p̄cepta sunt: quom̄ aliquis
audebit accedē ad esum veri agni
sine igne karitatis: sine amaritu-
dine cordis. et castitate corporis. **Sy-
chodemus** attulit mirrā ⁊ aloes qua-
si libras centū. et inuoluit dñm sy-
done munda. et post sepeliuit in
monumēto nouo. in quo nondū
quisquā positus fuerat: et tu q̄s
quis in peccatis es sine mirra ⁊ a-
loe. id est sine amaritudine penitē-
tie. cordisq; contricione dominū
in sepulchro fetido reponis. **Agnū**
paschalis decima die mensis tol-
lebat. et q̄rta decima imolaba-
tur: p̄ quod ostendit q̄d nō debet
accedere ad eucharistiam nisi qui
impleuit p̄cepta decalogi. et p̄cep-
ta quatuor euangeliōz. **Audi nūc**
quid mereant indigne ꝓmunican-
Abhemenrode iustus **lxvi.** | tes.
quidam fuerat nomine viricus.
Hic ante conuisionem male vix-
erat: et in ordine modicū se emē-
dauerat. **Die** quadam cū iret ad
sacram cōmunionē cū ceteris fra-

tribz: in hora illa qua ei sacerdos cor-
pus dñi porrigebat. alius quidam
conuisionis religiosus uidit i os eius
mitti non sacramentū. sed carbonē
nigerrimū. **Rationē** supradictam
caplo q̄nequagesimo quarto. **Hic** al-
signa de sacerdote de hadenmare. **Q̄s-**
dam dñs corpus suū sumere n̄ sinuit:
ut culpam eoz manifestet. **lxvii.**

Quix duo anni sunt elapsi. q̄d con-
uersus quidā de ordine n̄ro infir-
matus ē grauiter. i pictauiā domo
que dicitur fumoringens. **Cui** con-
fessionē cū abbas audiuiisset. eumq;
satis diligent̄ ad emūdatiōnē consciē-
tie monuisset: allatū est ei corpus do-
mini. **Q̄d** quidē apto ore suscepit: s̄
os ad masticandū claudē nō potuit.
Mirantibz vniūsis qui aderant. sacerdos
sacramentū extrahens alteri dedit infir-
mo: quod ille deuote satis sine omni
suscepit impedimēto. **Non** multo post
iustus idem mortuus ē: ⁊ causa salu-
tē eius impediens declarata ē. **Nā** q̄n-
q; solidi. non argentei. sed erei. cū ess̄
abluend̄ circa eū inuenti sūt. **Non** em̄
ei licuit habere pecuniā. **Et** gl̄ifica-
uerūt deū uidentes hec. **Ad** manda-
tū vō abbas in campo sepult̄ est. et
sup̄ eū idem solidi p̄iecti: dicentibz oī-
bz qui aderant. pecuniā tua tecū sit i
p̄ditionē. **Hec** cū idem abbas recitass̄
i primo caplo geniali: subiūxit. **Et** ut
sciatis nullā fuisse infirmitatē i cau-
sa. quare corp̄ dñi sumē nō poss̄. eadē
die galinā integrā comedit. **Ultimo**

tibi iam satisfactū qđ sō specie panis
 sit verū corpus xpi. et sub specie vi
 ni post consecrationem verū sanguis
 xpi: et quod digne conficientes atq̄
 sumētes mēant grām: indigne vero
 culpā. **Novicius.** Etiam si de hys du
 bitassem: amodo dubitare nō possem.
Monachus. Dicam tibi ī fine nūc hui'
 distinctōis quantū deo placeat. si mū
 de et sollicite fiant: que tanto sacramē
 to fuerint necessaria. **lxv.**

Circa hoc biennū iuxta coloni
 am in villa que belle uocatur.
 gestū est qđ dico. Die quadā cū sacer
 dos missam celebraret. et dicto ewan
 gelio ut secularibz mos ē. ministrante
 scolare hostiam patene suppositam
 sup corporale locasset: illa mox resili
 uit. Putans hoc sacerdos casu accidit
 se neq̄ hostiam bene locatā. denuo
 eandem supposuit: que remotius eo
 intuente resiliuit quā prius. Cūq̄
 tertio id temptasset: q̄si turbine impul
 sa p̄iecta ē de altari. Quo viso tritice'
 ē ualde: et se tanto ministerio indig
 nū reputans. p̄cepit scolari ut eadē
 hostia reseruata. aliā supponeret: qm̄
 et consecrauit. Dicta vō missa tollens se
 cū hostiā p̄dictā coloniā p̄perauit: in
 ueniens q̄ p̄ores apud scōs ap̄los. ho
 stiam eis ostendit: qđ de ea actū sit
 recitauit. Cunctis causam mirantibz.
 vñ clericoz hostiam contra lucem
 leuans maculam ī ea contempla
 tus est. Quam cū in cōspectu mil
 torū fregisset: cymex qui uulgo pe

diculus paretinus dicit: apparuit
 ī ea decoctus. Et glouficauerunt
 deū om̄s qui aderant. **H**aut dubiū
 qn̄ a sanctis anglis reiecta sit: qui
 non sunt passi. ut panis tam feti
 do ymiculo corruptus. p̄ ministeri
 ū sacerdotis transiret ī corpus dñi
 sui. **H**ellewicus prior montis sancte
 Walburgis testatur se eandē hosti
 am uidisse. **S**acerdos adhuc uiuit:
 qui michi mū credit interroget il
 lū. **V**ides quanta sit negligentia sa
 cerdotū nostrorū. **O**lim sacerdotes le
 gales ad panes p̄positōis agros ipsi
 excolebant: seminabant. triturabāt.
 molebant. pinsebant: panes forma
 bant. et coquebant. **E**rantq̄ de si
 mil a mundissima. **A**ttamen illis
 panibz sola figura. **H**eu modo pa
 nes sub quibz est veritas id est cor
 pus xpi post consecrationē. in
 pinsūt. formant. et coquant negligē
 ter vxores campanarioz: et ideo ta
 les eueniunt negligentie. **V**nde cū
 abbas noster die quadā celebratur'
 esset missam. ī quadā ecclia. et eēt
 hostie nigerrime: ait campanario.
De quo grano sunt hostie iste? **R**e
 spondente illo. de auena. noluit ce
 lebrare. ualde arguens illū: dixit qđ
 nichil fieret ibi. **Novicius.** Quid sen
 ciendū est de spelta? **Monachus.** Req̄si
 tus de hoc dñs papa honoriū per
 litteras cuiusdam abbatis ordinis
 nri respondit. speltam magis p̄tinē
 ad ordeū quā ad triticū. **D**e corporali

vo tibi etiā referam exemplū. **lxv.**
A domo quadam sc̄imonialiū. cū
 custos cenobii eiusdem femina reli-
 giosa. die quadā corporale lauisset:
 iuuentula. quedam que ei ad sola-
 tiū fuerat deputata. cū ea locum ex-
 tendit ad succandū. Ad cuius tactū mox
 macula sanguinis apparuit. Qua
 visa custos iterū corporale lauit: &
 maculam abluuit: sed mox ut iuue-
 cula manū apposuit: mox eadē appa-
 ruit. Delatum est miraculum ad
 magistrā: inuincte sūt oracōes:
 reuelata est causa: quesitū est & inue-
 tū. fuerat enī impregnata occulte: &
 ideo tactu corporalis indigna. En-
 tū deo munde manus placeant ad
 idem ministeriū. sequens declarat
 exemplum. **lxvii.**

Godeschalcus de volmuntsteine
 cui supra memini cū
 die quadā corpale cū sacrista extēdit
 set ad poliendū. illudq; p̄ mediū ru-
 pisset: custos illud complicās. in the-
 ca reposuit. Postea illud explicans
 cū integrū repisset miratus ē ualde:
 sc̄itati p̄dicti sacerdotis illud asseri-
 bens. Quantū gr̄e in exsiccatione
 vni⁹ corpalis meruerit virgo de qui-
 do: habes supra in distinctione septi-
 ma. caplo vicesimo. Igit̄ pascha no-
 strū imolatus est xpc. Ip̄e enī ver⁹
 ē agnus: qui abstulit peccata mū-
 di. Sine esu hui⁹ agni securi n̄ egre-
 diem̄ de egypto: id est de hoc mundo.
 Differentia & modus q̄estionis ven-

tilata sunt. Sic illū p̄medē studea-
 m̄. ut ei virtute de deserto n̄re religi-
 onis puenire valeamus ī t̄ram vere
 p̄missionis: in qua p̄ ip̄m & cū ip̄o
 vltimū et etnū pascha. celebrare me-
 reamur. Amen. **Explicit nona disti-**
ctio. Incipit capla decime distinctōis.

Quid sit miraculū. a quo vlt̄ a q̄
 bz fiant. seu in quibz. que etiam
 sit causa miracloy. **ii.** De vinando q̄
 infra vnā horā ab iherlm̄ t̄nflatus est
 ī dyocelīm leodiensem. **iii.** De mona-
 cho ydiota q̄ ī sompnis accepit sc̄am pre-
 dicandi. **iiii.** De clerico q̄ p̄ minucione
 lictaturā p̄didit. & rursum recepit eandē an-
 no reuoluto sanguinē minuendo. **v.**
 De p̄iso eberbacense cui tactu infirmi sana-
 bant. **vi.** De moācho p̄ceptore sc̄paliū a
 i tactu vestim̄toy infirmi sanabāt. **vii.** De
 rustico fornaci ī hermetibag idulo & p̄
 sc̄m iacobū libato. **viii.** De abbate qui
 ī karitate a moācho suo admonit⁹ carnes
 comedit. **ix.** De moācho q̄ carnē fetidū
 cepit comedē cū abbi suo obedire nollet ad
 esū carniū. **x.** De femina a demonio
 libata & ab eodē ob īobedienciā p̄tracta.
xi. De demone quē abbtus scodehart
 iocularit̄ eiecit. **xii.** De theoderico mili-
 te de rulant q̄ ī fluxu sanguinis laborans
 sarracenos miraclose fugauit. **xiii.** De
 milite cui vinea collicā ob p̄fōnē decima-
 tōis repleta ē miraclose. **xiiii.** De p̄iso
 cui orōne olla p̄tracta miraclose illa repata
 ē. **xv.** De p̄iso ob cui obedientiā p̄isa ī ag-
 sicās miraclose v̄sa ē. **xvi.** De sophia ab-
 batissa cui tenuis ciuisia v̄sa ē in vinū.

xvii. De pistrice blasphemate cui pasta
 vasa e i simu. **xviii.** De octone de sconibg
 q p tota qdragesima carnes comedit xpt
 pascha illis velci n potuit. **xix.** De cruce
 fixo apd scm boaru vlnato de q sanguis
 exiuit. **xx.** Itē de cruce lanceata. cui si
 mile stigit. **xxi.** De furibz q i traecto
 cruce furati sūt r suspēsi. **xxii.** De matro
 na q sine dolore peperit. cū plensibz i mari
 ti signatōe. **xxiii.** De diuisione solis i
 tres ptes. **xxiiii.** Itē de eclipfi solis r mor
 te philippi regis. **xxv.** De stella que vi
 sa est colonie p̄ meridie. **xxvi.** Itē de
 stella maxia q apparuit p̄ solis occasu.
xxvii. De tonitruo r fulmine i vigilia
 sa mathie. **xxviii.** De theat i saxonia
 fulminato. **xxix.** De sacdote i egyptia
 fulminato. **xxx.** De richwino p toni
 truū a p̄donibz libato. **xxxi.** De vidua
 q m̄suras suas ponēs p̄ ignē domū suā
 ab incendio libauit. **xxxii.** De ciue susa
 tiente cui vestis obusta ē cruce custodia mi
 raclose. **xxxiii.** Itē de pomo obusto zona
 crucis q circūligata fuerat illesa. **xxxiiii.**
 De clico q a metrice ifamat icendiū n sen
 sit. **xxxv.** De piscatore fornicario quē
 candēs ferrū obfessionē n lesit. r p̄tea reci
 dimantē aq̄ frigida obullit. **xxxvi.** De va
 tore icendiario quē frigidū ferrū iussit.
xxxvii. De crucibz q apparuerūt i frisia
 i aere tēpe p̄dicatois c̄tis. **xxxviii.** Itē de
 cruce q apparuit i suthesulen iuxta solē.
xxxix. Itē de alia c̄te q visa ē i villa doth
 ne puincia frisie. **xl.** Itē de c̄tibz q vi
 se sūt eodē tēpe iuxta coloniā villa hellē
 dorp. **xli.** De nube q i saxonia cadēs

multos s̄m̄sit. **xlii.** De puero mō
 struoso p̄t baptismū sanato. **xliiii.** De
 pagano apd babylonē baptizato r sana
 to. **xliiiii.** Itē de auctore hui' dyalogi. q
 b̄nficio baptismi p̄ualuit. **xlv.** De came
 q a scholaribz baptizatus i rabiē vsus est.
xlii. De richardo regi anglie r piculo
 eī i mari. **xliiii.** De p̄lluris q f̄cē sūt n̄ris
 tēpibz. **xliiiii.** De tremotu i cypro. **xlv.** De
 tremotu i brixia. **l.** De tremotu i colonia.
li. De igne q visus ē de celo i tra comi
 tis de mōte. **lii.** De hoīe de fodina in q
 annū iacuerat obrutus. mirabilē libā
 to. **liii.** De hoīe q sacramtū cinerū irri
 dens puluē suffocat' ē. **liiiii.** De p̄ulo su
 bulco r arboze eī m̄tis scilla. **lv.** De pu
 ella r silice i signū stabilitatis eī scillo. **lvi.**
 De auicula m̄tis sc̄a thome epi a miluo libe
 rata. **lvii.** De colūbis qbz miles licentia de
 dit auolandi. **lviii.** De cyconis qbz p̄or
 cytensis b̄ndictionē dedit. **lix.** Ad hy
 rūdines semp solita repetant habicla. **lx.**
 De cyconia p̄t adultū occisa. **lxi.** De a
 nulo cumadi ip̄positi i eloce repto. **lxii.** De
 aq̄s i sanguē vsis r pisabz eaz. **lxiii.** De
 bubalis q custodē suū m̄tēcerūt. **lxiiii.**
 De lupa q scholarē m̄tēfecit i carpania. **lxv.**
 De hoīe cui os libōs suffocauerūt. **lxvi.** De
 lupo q puellā traxit i nem' ut os de gut
 ture locy erueret. **lxvii.** De buffone q
 p̄secut' ē theodericū cognom̄to camerū.
lxviii. Itē de buffone q i fiala bibuli
 sacerdotis rept' ē. **lxix.** De buffone qui
 reptus ē sup altare iudeoz cū celebrarent
 sconophegpa. **lxx.** De serpente q vl
 n' satellitis luxit r sanauit. **lxxi.** De

matna flandrensi q̄ serpentē i orbita
bibit i partu eundē effudit. **lxvii.** Itē
de muliere cui dormiēti serpens p os igl
sus ē. i partū egressus. **Expliciunt
capla. Incipit decima distinctio de
miraculis. quid sit miraculm. a q̄ vl' a
q̄bz fiat seu i q̄bz que etiā causa sit mi**



raculorum. 3.
Mon sine ratione
post sacramentū
corpis i sanguis
xpi tractatū suspi
cor de miraculis: q̄a
qui digne illd cō
ficiūt vl' eo parti
pant. n̄ nūquā glā miraculorū illu
strant. Licet enī oīa que i supioribz
distinctōibz dicta sūt satis sint mira
clōsa. attamē in p̄senti distinctōe aliq̄
de reb' miraculosis dicē p̄posui. Et bene hoc
fieri arbitror i distinctōe decima: eo q̄d
egypt' decē plagis valde miraclose sit
p̄cussa. **Novici.** Quid ē miraculū?
Monach. Miraculm dicim' q̄cqd sit p̄
solutū cursū natē: vnde miram'. Sedm
causas supiores miraculm nich' ē. **Novici.**
A q̄ vl' a q̄bz fiat miracula. **Monach.** Mi
racula fiunt deo auctore sedm q̄d i psal
mo legit: tu es d̄s qui facis mirabilia.
Funt etiā miracula tā p̄ malos quā p̄
bonos. De bonis questio n̄ ē. de malis
vō saluator dicit i ewangelio. multi di
cūt i illa die d̄ne d̄ne n̄ne i nomine tuo
pp̄hauim'. et i nomie tuo demonia cre
cim'. i ceca. vltq̄ illuc. nescio qui estis.
Novici. Que est causa miraculorū?

Monach. Causa multiplex ē: incip' mer
plicabilis. Aliq̄ndo d̄s miracula opatur
ut i elemētis: ut mortalibz suis osten
dat p̄tentiā. Aliq̄ndo genā dat ligua
rū. siue sp̄m p̄phetie: ut manifestet suā
sapientiā. Aliq̄ndo grām dat sanitatū:
ut suā magnā nobis reuelat misericōdiā.
Novici. In q̄bz fiūt miracula. **Monach.**
In hominibz. i elemētis igne scilicet
aere. aq̄. i tra: i auibz. piscibz. aiālibz.
et reptilibz. Que ut magis t̄ fiat no
ta: aliq̄ de singlis t̄ subiūgā exempla.
De sc̄is vō qui n̄ris siue tēporib' mira
cula plurima t̄ dicē possem: s; scripta
alioy silentiū m̄ iponūt. Aliq̄ tamē
referā vnde satis miraberis. **Novici.** Aris enī
contigit tempibz q̄d seq̄t'.
Ad dyocesi leodiensi villa que elselo di
cit. laicus quidā habitabat religiosus
noīe winand': mats monachi n̄ri wi
nandi a q̄ nomē traxit auuncū. Hic
tempe quodā pegrinatōis grā. cū q̄bz
dam puincie sue hominibz iherosolimā
p̄fectus est. In die vō pasche cū post sol
lempnia missaz se ad reditū illi sp̄para
rent: eisq̄ predict' winand' ut homo
deuotus suadet dicēs. ueniens est
fres vt i hac sacratissima die quiescen
tes om̄s ei' horas paudiani: p̄suade nō
potuit. Festinantibz eis ad portū. ip̄e
remāsit: om̄iaq̄ diei illi' officia paudi
ens. solus post eos die seq̄nti iter arti
puit. Cui p̄sona magne reuēcie in eq̄
occurrēs. atq̄ salutās: ait. Cur sic bo
ne homo solus icedis vl' vnde venis?
Respondente eo ab iherclimis venio. et

sic atq; sic in contigit: ille p̄tin' s̄biū
xit. Ascende ⁊ sede post tergū meū. be
ne insequem' socios tuos. Q̄d cū feciss:
eadē die iuxta p̄dictā villam eū depo
suit dicens. Cognoscis vbi sis? Dicente
illo. puincia quidē agnosco: sed q̄d cir
ca me agat' ignoro. eques adiecit. Q̄a
xp̄m honorasti: idcirco missus sū. vt te
reducem. Ecce dom' tua: vade ⁊ enarra
mirabilia ei'. que circa te gesta s̄t. Quē
cū noti ei' vidissent. dixissentq; vbi s̄t
socij tui. respondit. Hodie sū i iherlm:
et reliquerūt me heri ibidē. p̄cedentes
me. Et nō credidūnt ei dicētes. Sener
iste delirat. Qui statim p̄ciuum s̄b
sannatōes declinās cū pecunia que
ei superat ⁊ gr̄a celestis uectoris li
mina beati iacobi apli petiuit: et
antequā socij ei' redirent ip̄e redijt.
Duplici ḡ testimonio gl̄ificatus p̄eg
noz videlicet q̄d i pascha i iherlm sit re
lictus. et cōciuiū q̄d die seq̄nti in celo
sit visus: ab utiq; magnificatus est
dn̄s. tanta mirabilia ubiq; diuulgān
tes. **Flouicus.** Si Gerhardus de hollen
bach sicut dictū est i distinctōe octaua
caplo q̄nq̄gesimo octauo t̄nslatus est
i lectu tēpis ab india i puincia nr̄am mi
nistio dyabli dei tam p̄cepto n̄ hoc mi
ror de celesti nūcio. Antiq̄ nr̄is tēpis re
nouant' miracula. Hechias telbites p̄ cur
rū ⁊ eq̄s rapt' ē i paradysū: hic vō nō mi
n' miraclose p̄ equū ⁊ eq̄tē i morula tē
pis t̄nsuect' ē p̄ mlta spacia maris atq;
trax. **Monach'.** Ego tecū sentio. Au
di nūc aliq̄ de p̄o nis ordinis nr̄i

miracula.

Relatione quōdā abbatū ordinis
nr̄i didici q̄d dicitur sū. **Monach'**
quidā p̄ visionē nocturnā i celeste tē
plū se t̄nspositū vidit: in q̄ alba ⁊ sto
la indut' corā dn̄o ewangeliū legit. Er
rat enī dyacon' ⁊ ydiota. Qui cū legen
di b̄ndictionē postulass̄ a dn̄o: huiusmo
di responsū accepit. Ab hac hora habea
scientiā atq; vtutē p̄dicandi v̄bū dei:
q̄cienscūq; t̄ iunctū fuit. Lecto vero
ewanglio euigilans: intellexit q̄d s̄op
nūū ess̄. Miratus tamē de tam mani
festa visione dicebat int' se. Hodie lec
tur' es ewangeliū ad missā. si eiusdē
coloris iuenis stolā qualem i celo vi
disti. vera ē visio. Futu vō factū est
dei: ut a sacrista stola p̄similis expo
nētur. **Flor** quasi de visione certifi
catus: quid viderit abbati exposuit.
A quo iustus loqui v̄bū dei. vsq; ho
die imp̄meditate tam excellenter et
tam efficacit' illō p̄posuit: ut omnes
suos auditores istuporē p̄tāt. Alijs
siquidē temporib; null' ē litt̄ature.
Flouicus. Miracm salomonis qui i
sompnis scientiā accepit i isto resul
tat. **Monach'.** Ds enī scientiay dn̄s ē:
alijs scientiam miraculose vt dictū ē
conferendo: alijs non minori mira
culo habitam s̄trahendo. **.iij.**

Abbas de lapide sc̄i mychaelis
tempore capli generalis p̄ hē
menrode t̄nsiens casum mirabilem
nimis ibidē recitauit. Fuit apud
nos inc̄t clericus bone admodū lit

terature. Hic cū die quadam ī vena sanguinē minueret: sic omnē scripturā scientiam p̄didit. vt eam p̄ sanguinē effudisse videretur. Litteram ab illa hora non cognouit. latini sermonis nec vnū quidem verbum intelligere vel proferre potuit. Et ut noueritis priuationē sensus n̄ fuisse in causa. s; diuinā potentia: omnium rerū prius habitariū plene retinuit scientiam. Qui cū tā mirabilem litterature sue iacturā cū dolore multis exposuiss;: quidā ei sua sit dicens. Anno reuoluto eodē die et eadem hora iterū minuas: forte subtracta recipies. Quod cū fecisset: scientiam pristina recepit. A dño factū illud sicut i precedentia: et est mirabile ī oculis nr̄is. Alijs etiam per alios dominus tribuit grām sanitatum.

Aerberbato conuulsus quidam extitit homo simplex et bonus: etatis decrepitate. Huic dñs tantā ptulerat grām: ut tactu manus ei' diuise infirmitates fugarentur. Quod vbi secularib; comptū est: ex utroq; sexu tam diuites quā paupes grā sanitatū ad monasteriū confluentes virtutem benedictionis eius seferūt. Ex quoz cursu videns abbas fr̄m ejetem turbari. et domū ī expensis nō modicū grauari: eidem conuerso ne alicui seculari decetero manus imponeret precepit. Et cessauit ex illa hora ī eo virtus miraculoz. Hec m̄

ante hoc bienniu cū essem īerberbato a monachis recitata sūt. Ego vō virū sanctū ady: et cū rogassem eū ut p̄ me oraret. simpliciter respondit. Cotidie oro pro te. et pro toto mundo. **Novel?** Quib; opib; mētur tanta grā: **Monach?** Exemplo nō verbis respondebo tibi.

Retulit nobis nup abbas quidā Rordm̄is nr̄i de quodā monacho cui tanta a dño p̄cella ē grā: ut vtu te vestimētoz eius multi sanarent. Sepe si tamen adhuc viuit. dū fr̄s uestes eius induunt. v' cingulo se cingunt: sanant. Quod cū tempore quodā abbas ei' p̄siderasset. nec aliqđ specialitatis ī eo uidisset. hys verbis cū secretius allocutus est. Dic michi fili: que est causa tantoz miraculoz? Respondit ille. Nescio dñe. Non plus cetis fr̄ib; oro. nō plus ieiuno. n̄ plus vigilo. n̄ plus laboro: s; vnū scio. qđ me extollē nō potest p̄spitas. neq; frā grē adūsitat: siue de p̄sona mea sit. siue de alioz. Cui cū dixiss; abbas. n̄ te turbauit qđ miles talis nup grangiam nr̄am incendit. respondit. Non. Totū enī deo p̄misi. Si modicū habeo cum grāz actione recipio: si multū. iterū grās ago. Et cognouit abbas quod causa tante v̄tutis esset amor dei: et p̄temptus rerū t̄renaz. S̄c̄e virtutes. fides videlicet. spes. karitas. iustitia. humilitas. obedientia. zelus discipline. atq; compassio. sepe gloria remunerantur.

sicut subsequentibus exemplis de-
claratur.

V. **I**uxta coloniam due generationes ru-
sticorum inter se graues satis inimicitias
exercebant. Ex quibus vna infir-
mior in castrum vicinum hemersbach
se transtulit. De quo partem aduersam
satis dampnificans cum die quadam
vnum ex eis cepissent: uolentes tres ex
eis pecunie aliquid ab illo extorquere
dicebant. Si non dederis nobis pecuni-
am: punient te. Quibus ille respondit.
Tres obulos habeo: emite ex eis cuneos
et comedite. quia nichil amplius ha-
bebitis. Fidemque habens in deo et in
sco iacobo: subiicit. Quinq; marca
domi habeo iusta mea. et calciamen-
ta noua. quibus lumina petam sci iacobi:
non vobis dabo illam pecuniam.
In die sci stephani profectus fuit: et an-
te ortum diei a uobis recessit. Miran-
tibus eis uerborum eius constantiam. duos illi
compedes imposuerunt: et in fornacem illum
mittentes octo viros nocte illa ad cu-
stodiendum ei deputauerunt. Que semel
ac sedo interrogantes. utrum adhuc ibi
esset: et ille tot vicibus respondit: etiam
adhuc sum hic: tunc eadem sciscitantibus
nichil respondit. quia virtus fidei
iam illum clausa fornace eduxerat. De
spe in superioribus multa dicta sunt. uirtu-
tem uero karitatis declarabunt.

VI. **A**bbas quidam ordinis nostri mona-
cho suo infirmo precepit carnes
manducare. Ille mox obediens licet
iustus: abbati respondit dicens. Et

ego uos rogo in karitate eadem: ut
mecum illas comedatis. Qui statim
despicanti consentiens resedit: mor-
sellum de scutella tulit et comedit.
Secunda die si bene memini in eccle-
siam ubi homo quidam a demonio
uexabatur deuenit. Rogatus a cir-
cumstantibus adiuraret: in hec pro-
pit. Adiuuro te imunde spiritus in ea
karitate qua pridie propter monachum
meum carnes comedi ut ex eas ab hoc
homine. Qui mox ad idem uerbum
exiit et fugit: ac si karitatis incen-
dium sufferre non posset. Quantum
deo karitas placeat: ex uicio iobe-
dientie plenius ostenditur.

VII. **H**uius quidam abbas cum ha-
beret monachum infirmum. ut
ad recuperationem uirum carnes co-
medere precepit: sed ille pertinax ni-
mis precipienti non adqueiuit. Ut
autem dominus ostenderet meliorem esse
obedientiam. quam stultorum uictimas:
inobediens monachus mox in ra-
biem uisus in agrum cucurrit: ubi ca-
nem mortuum offendens carnes eius
fecentes auuidissime comedere cepit.
Et quia in carnibus peccauit: in carni-
bus punitus est. Quid postea de eo
actum sit ignoro. Hec duo miracula
mihi narrauit magister iohannes decanus
acquis: asserens sibi illa ueraciter
recitata. Audiant hec monachi et o-
bediant: neque inconditam abstinentiam
karitati proponant. Aliud adhuc re-
feram exemplum per quod cognosces quam bo-

Abbas iob

No.

na sit uirtus karitatis. et quā pi-
culosū viciū inobedientie. .x.

Nobilem quādam feminā in saxonia
dyabls obsidens durissime vex-
auit. Quā dū p remedio sanitatis
ad diuisa scōz lumina ministratales ei⁹
duxissent. die quadā sacerdos qui-
dā supueniens forma quidē despec-
tus. s; grā dei p̄ditus: vexationi illi⁹
cōpallius ē. Ex multa enī karitate do-
minū exorans demoniū eiecit: femi-
nā sanitati restituens. Cui dedit i-
mandatis. ut p dies triginta i eodē
loco manēs cottidie cōmunicaret: i sin-
gulas horas canonicas p̄dictorū die-
rū pauidet. Ad cū feciss; nouē dieb;
nichil sui deinceps suspicantes ab-
duxerūt eā. In via turbine maximo
ipulla atq; deiecta sic totalit; fracta
est a dyablo: ut oīa ei⁹ mēbra huma-
nis viscerib; simulima apparerent. **Novi-
ca.** Que fuit causa pene tā crudelis?
Monach. Inobedientia. Simile habes
i dyalogi s̄ Gregorij. de ep̄dā clerico ob-
fello: i a scō b̄ndco libato. Cui cū p̄cepit
set ne unq̄m ad sac̄s ordines accederet.
i ille p̄t multos ānos t̄ngressor existe-
ret: mox eū dyabls p̄uasit. tā diu vexat
donec spiritum exalaret. .xi.

Abbas de münib; que ē abba-
cia ditissima nigri ordinis in
saxonia: nup p nos t̄nsiens. retulit
nobis mirac̄m de curatione cuiusdā
obfelle iocūdissimū. Est inq̄t apud
nos miles quidā religiosus albert⁹
noīe cognom̄to scothart. Hic an̄ i iustione

i armis erat tam strēnuus. i milita-
tam nominatus. ut pene oīs nobiles
terre n̄re certatum ei sua munuscula
dextrarios videlicet. i uestimēta pre-
ciosa dirigēt: quatin⁹ illū sibi asso-
ciarent. Die quadā dū quedā puel-
la duodecim annorū cuiusdā militis fi-
lia. i quadā sedēs ecclia exorzatur:
i risū resoluta clamauit. Ecce amicus
meus uenit: ecce amicus meus ue-
nit. Requentib; de quo dicēt: re-
spondit illa. Bene videbitis eū. Dice-
bat enī de p̄dicto milite: qui eadē ho-
ra satis satis remotus fuerat ab ecclē-
sia. Qui c̄nto plus p̄pinq̄uit: tanto pl⁹
illa exultauit. Qui cū eccliam intraret:
illa ei assurgēs. i manib; plaudēs sa-
lutauit eū dicēs. Ecce iste ē amicus m̄s.
cedite cedite: sinite illū appropinq̄re.
Erat enī indut⁹ uestib; purpureis. at-
q; cultellatis. Q̄ cū accessiss; ad eā
i dixiss; sū ego amicus tuus. Respondit
p os puelle dyabls. Scīā amicus m̄s op-
tim⁹. oēm enī voluntatē meā facis. De
q̄ v̄bo miles satis turbat⁹ ē: licet dissi-
mularet. Subridēs tam̄ sic ait. Tu de-
mon stult⁹ es i fatuus. Si prudēs eēs
nobcū ad tornam̄ta pgeres: i q̄b; hōies
capiūt i occidūt. Ut q̄o sine causa vexat
puellā hāc inocuā q̄ n̄ peccauit. Dicen-
te dyablo. si uis ut tecū p̄gā. sine vt i-
tē i corp⁹ tuū. Respondit miles. Certē
n̄ it̄bis i me. I dyabls. Concede ut sedā
i sella tua. Q̄d cū negass; petiuit locū
i aliq̄ pte eq̄ vl̄ strenu: q̄ oīa negata sūt
ei. Ad quē rurssū dyabls. Non possū pe-

des currere. Si vis ut tecum vadam aliquem in saltu locum, cedas circa te. Miles vero puella passus: aut demoni. Si illam volueris desere, ceda tibi unam lingulam pallii mei: tali conditione ut nullo modo ledas: et tam diu in adhaerens. quam diu tornamenta quero. Quando tibi precepero: bona tua voluntate sine contradictione recedes. Et iuravit ei dyaboli dicens. Non te ledam: sed promovebo. Exiensque de puella, lingule pallii eius insiluit: mirabili motu se pendens. Ab illa hora tantum glorie in tormentis militi accessit: ut eius lancea deice vellet deiceret: eius caput caperet. Cum eunte ibat: et cum loquente loquebatur. Quando plerumque in ecclesia orabat: dicebat. Modo in muras nimis. Quando aqua benedicta se aspexit: iterum aiebat. Vide ne tangas. Cui miles si una gutta te tetigerit: non in placebit. Tempe illo cum crux predicabatur. cum miles intraret ecclesiam gratia signationis: dyaboli illum retinere nisus est dicens. Ad hic agis? Respondit miles. Deo propono servire: et tibi renunciare. Recede ergo a me. Hec dicente milite: respondit sathan. Ad tibi in me displicuit? Auncip te lesi: sed ditavi. Quod me gloriosus factus es nimis. At tamen manere tecum nisi consentias non potero: quia hoc promisi. Tunc miles. Ecce crucem iam suscipio: et ut ilico nunquam renisurus recedas a me in nomine crucifixi te adiuro. Et reliquit eum dyaboli. Qui mox cruce signatus mare transiit: ubi duobus annis christo militans. reversus hospitale magnum

atque ditissimum pegrinis et pauperibus edificavit. Habebat enim annuatim in redditibus plusquam trecentas libras argenti. teste prefato abbate. In quo hospitale usque hodie cum uxore sua in habitu religioso mens christi servit: religiosorum omnium maxime ordinis nostri susceptor devotus. Quibus in loco dicitur solet. Vos domini abbates. et vos monachi non estis sancti: nos milites tornamentis operam dantes sancti sumus: quia demones nobis obediunt: illosque eiciunt. **Novicius.** Rescivimus demones sic ioculariter eici posse. **Monachus.** Non iocus. sed virtus passionis illum eiecit. Quantum apud deum possit karitas atque fraterna passio: subiecto declarat miraculo. **xy.**

Frater walterus monachus in hemenrode referre solet miraculum mirabile: cui se interfuisse memorat. Cum pegrini in prima expeditione obliderent civitatem achem. contigit quodam die. ut egressi sarraceni manu violenta percellerent christianos in castra sua. Erat autem ibi tunc miles quidam iuvenis theoderic nomine: fratris domini cunonis de rilant. qui adhuc vivit. Is fluxu sanguinis adeo laborabat et infirmabatur: quod in lecto suo non pro se. sed in lintheamine utebatur. Hic audito strepitu et clamore fugientium: interrogavit quid hoc esset. Et audisset rem. iussit sibi afferri arma sua: et se armari in lecto sedendo. Tandem strato dextrario suo. et accinctus ense iussit se levare super equum suum: et fluebat san-

guis eam p sella. Accepta p lancea exiit dicens. **D**s adiuua me. & sc'm se pulchrū. Qui tanta vehemētia prupit i sarracenos t'nsiens. & circūguās. p'cuciens & p'pellens q'd om's xpiani aīati & p'fortati sūt p eū solū. adeo q'd eiecerūt hostes a castris. **Q'** scō. rediit ad lectū infirmitatis sue: et t'cia die mortuus est. Audi nūc de iusticia miraculū satis gl'osum. **xuy.**

Miles quidā in dandis suis decimis tante erat deuotōis ac iusticie. ut ei summū esset studiū illas solue sine mora. sine dolo. sine vexatione. Habebat aut vineā q'ndā que circa decē carratas annuatim facere solebat. Tempore quodā ut post patuit magis ex dei dispensatōe qm ex aeris i tempie postqm collectū est vinū q' ex p'ssū. vna tantū iuenta est carrata. **Q'** audito miles seruo suo v'bu memoria dignū respondit. **Q**d meū erat inq't m d'ns tulit: ego illi portionē suā nō auferā: uade & da sacerdoti carratā hanc p decima. **Q**d et sc'm est. Eodem tempore militis germanus sacerdos quidā iuxta p'dictā vineā t'nsiens eam viuis refertam vidit: moxq' ad fratrem intrans de negligentia illum arguit dicens. **Q**'re nondū collecta ē vinea vestra. **R**espondente illo diu collecta est: sacerdos subiunxit. Nequaquam: iam illam plenam vidi. **Q**uestū est et inuētū: nec vnquā aliquo anno uberiorēs fructus fecit quā in illo. **H**ec

nobis eodem tempore recitata sūt: et satis doleo quod nomen militis siue loci non retinui. Aliud tibi referam de humilitate miraculum satis mag-

Fuit in hēmenrode. **xuy.** nū. conuersus quidā bonus eūhardus noīe: custos medie porte. Is aliquādo egressus cū fratribz carpentarijs. tempe hyemis i siluā: eoz utensilia custodiebat. & cibaria p'parabat. Vna dierū cū solito tardius surrexissent ad vigilias. egressis fratribz ad laborem. ipse orationes suas accelerabat. vt illis pulmentaria tempestiuus p'parare potuisset. Inter orandum apposuit ollam ecream focō. sed aq'm oblitus ē infundere. Post horā olera impositurus. iuenit ollam candentē: subitoq' turbatus & factus sine consilio. ut subueniret olle aquā frigidā infudit. At illa ut sue nature ē dissiliendo statim p'facta est. Aliā vō ollam i qua laborantes p'curare nō habens. genua ad orationē flexit: & cū lacrimis deū suppliciter implorauit. ut misericordiam & consiliū sibi daret. quatinus pro nomine suo laborantes expectato nō priuarentur edulio. **P**' d'ns humilitatē ministerij eius attendens. orationē eius exaudiuit. Qui surgens ab oratione ollā candē iuxta se integrā stantē aspexit. **G**ras igit agēs deo. ollā arripuit: aq' infudit: ignib' admouit: olera iposuit: & ea q' ueloci potuit coz. **Q**'b' sufficēt decoctis. hora t'cia significauit: & frēs orōne p'pleta adre

endum confedunt. Prefectione autē
 p̄fessi sunt. quia toto illo tempe quo
 ibi demorati fuerant. tam bona ole
 ran̄ comedissent. simul ⁊ mirati sūt.
 qd̄ citius solito t̄ciam aḡtasset. cū ille
 ex diuerso ip̄os indignantes putasset
 qd̄ tardius solito eam pulsasset. At
 mirum ī deoctione illa horam sibi
 plimā p̄terisse credidat. quia diuine
 coōpationis inestimabile dispensati
 onem n̄ plene sentiebat. De obedien
 tia ū subiungā miraculū. Iā dicto ex
 ȳ p̄fata domo conuisi. **xv** scellentius.
 pisam messuerant. Que dum ad sic
 candum sparsa iaceret ī agro. uenerūt
 idem conuisi ad p̄orem dicentes. Nisi
 tot conuentus citius exeat n̄ non ⁊ ī fir
 mi. pisamq; uertant. tota p̄bit. Et
 mebant enī pluuiā imminente. Et p̄
 cepit p̄or om̄ib; qui ire possent ut se
 p̄pararent. Mox ex infirmitate conu
 sorū fr̄ quidam simplex exiens. ex mul
 to feruore obedientie ante om̄s festi
 nabat. & cum agro ī quo pisa iace
 bat. p̄inquasset. illa mirū imodum
 ī oculis ei p̄ diuisa loca se uertebat.
 Qd̄ ubi uidit. dō gratias agens redijt.
 Cui p̄or occurrens. ait. Cur reiters fr̄.
 Respondit ille. Domine n̄ ē necesse.
 ut p̄cedatis. quia pisa totaliter uer
 sa. Quis inq̄t uertit illam. Respon
 dente humiliter conuiso. ille qui b̄n
 facere potuit. p̄or ut ita eē compit.
 n̄ absq; multa ammiratione cū quicq;
 reuissus ē. **Novicius** Iā non ambigo quin
 magna sit uirtus obedientie. q̄ tanto

miraculo remunerat. **Mona** Sicut d̄s
 obedientiam ī subiectis. ita zelum dis
 cipline diligit in p̄relatis. **xvi**
 ⁊ houene domo sanctimonialiū ordi
 nis n̄r̄. q̄ abbat̄ nostr̄o p̄missa ē. āno
 p̄terito q̄dam abbissa defuncta ē. no
 mine sophia. Hec tam feruens ⁊ tam
 rigida fuit circa disciplinam. ut sorore
 sepe turbate qd̄ erat uirtutis. uicū iudi
 carent. hunc aliquū tenuis ceruisia ē in
 unū. conuisa. Qm̄ etiam angl̄s d̄m q̄
 dam nocte cum de matutinis exiret.
 cum laterna antecedebat. Hec duo mi
 racula ī extremis confessa. abbati n̄r̄o.
 d̄no henrico. Hic cum canonic̄ eēt in
 ecclesia bunnensi. ⁊ ip̄a sc̄monial̄ ī dith
 kirgen. que ē domus nigri ordinis. dō
 īspirante ille relictis om̄ib; conuisi
 nis gr̄a ad domū n̄r̄am uenit. ⁊ ip̄a
 p̄ eius p̄seuerantia. q̄nto intenti po
 tuit domino supplicauit. Paucis die
 bus elapsis. cum a fr̄ib; suis carnalib;
 ui fuisset reductus. an̄ habitū susceptio
 nem. ip̄a iam despans dimisit orōne.
 Qm̄ ip̄e mox ī sompnis ob hoc argues.
 & ut om̄illas reciperet orationes. animo
 nens. adiecit. Primā missā meā audi
 el ī ordine cisterciensi. Qd̄ ita d̄i mitu
 f̄m est. Nam ip̄e ad nos redijt. & ip̄a
 habitū mutauit. sicq; ī monte sc̄e
 Walburgis ubi tunc p̄onssa fuit. pri
 mam eī missam audiuit. **Novicius.**
 Nō miror si d̄s huic religiose femine
 predicti potuit mutauit caporem. cum
 michi nouicio ut de p̄fectis taceam.
 Amaya queq; conuertit ī dulcorem.

Melioris siquidem saporis uic in iuden
tur nra incondita pulmentana quam
ante conuisione fercula carnuu delica
tissima. **Mona** Farinula helysei. id e gra
xpi facit hoc. Jordanus u monachus de
hemmenrode aliquib; annis q. magis
fuit miraclosum studio abstinence ab
omni potu abstinuit. tempore tam mellio
nis siuei multo caumate cum reliquis
laborant. Ut ad pdicta redeam. sicut
ds bonus y amara queq; cum gratum
actione gustantib conuicit i dulcedine.
ita aliqui ingratis dulcia i amantudine.

Viii post confirmationem **xvii**
Ottomus i regno tanta esset habun
dantia annone. ut i epatu coloniensi
malorum quinq; ul sex den. multo
tempore uenderet. contigit i quadam
eidem dyocesis uilla. cui nom excidit.
miracm dignum memoria. Pistrix q
dam panes ad coquendu formaueat.
Et quia tempore habundantie pistores
modicum lugant. illa smota clama
uit ad puerum suu. Mittam hunc
finu mchybanum. Iusto di iudicio.
fem est ei scdm ubum suu. y p ista
pulchrima. p decoctionem conuila e
i finum. Extrahens u panes. cum
repisset forma n substantia. et timu
it. e finu fimo miscens. tantu mira
culum celare n potuit. Naremann
monach nr. tunc tempis cellerarius.
partu unu panis nobis
attulit. quem curiosi confidantes nil
i eo uidim nisi finu aglutinatum.
Valde enim celebre fem est hoc mira

clm tempore eodem. Sepe enim ds hoies
i ea re qua peccant punit. Vbi gra. **xviii.**
Nobilis uir otto de sommberg pa
tre suo existente ex illa parte ma
ris i seruitio domini. ipe nuque egit
contra dnm. e aduersus seruum eius
parentem ipsum. Nam sicut ipe cum
suis auxiliarijs conduxat. cuel oppi
di qd iam dicto castro attinet dolose
quali aliquo cum eis tractatur. capere.
e eractionem i eos facere pponbat.
Qui cum pminuti fugissent. uros
eoz et liberos spoliavit. Et quia tam
iniquus egit contra suos. domini plaga
i sanabili illum percussit. Adrita est et
pena mirabil. Nam in pterita qdra
gesima tantum appetitum habuit
carnes comedendi. ut n solum eis n
curere uellet imo etiam oculum suum.
ad comedendum illas secum ui speller.
Quas cum ptnaci manducaisset per
totam qdragesima. uentumq; fuisset
ad sextam feria ante pascha. dixit
ei quida. Domine hodie dies e dnce
passionis. dies xpiane afflictionis.
hodie carnes omnino comedere no licet.
Quib respondit. Ego hodie comedam. sic
hacten comedi. Mira res. In ipso sacra
mo die pasche. quando carnes bndicu
tur y fidelib; p sacra gmunione illas
comedere licentiatur. ipe uias ob pre
dictam transgressionem iusto di iudicio
uesci n potuit. piscibus demceps usq;
in die mortis sue. **Novici** Justus
e domini. **Mona** Ad honorem domini
saluatoris de eius saga ymagine aliq

subnectam miracula: deinde uenam ad
Tempe discordie *xxix* s' elementa
 inter ottonem & philippum. i' ca
 torum sc'i boar' confessoris qd' situm e'
 i' territorio treuensi. y est firmissimum.
 tum ppter situm loci. tñ ppter structam
 puinciales se suaq; transtul' gunt. Quo
 cognito werner' de bonlant' uir potes
 & diues. cum ad expugnandum illud
 aneret. machinasq; applicauit. n' tamen
 pfectisset ymaginem crucifiri. lignea
 hy qui deint' erant cont' hostes in qñ
 dam fenest'ra posuerunt sperantes qd'
 ob uir' uenationem loco parerent. Q'
 dam u' ex balistarijs de cruce n' curans.
 imo locenti illam indignans. telum
 misit. & sacram yconam i' brachio p
 funde satis uulnerauit. Vox mu' u'
 imodum. antiq' renouant' miracula.
 & ad instar uene humane. sanguis
 de loco uulnis cepto stillare. Timore
 tanti miraculy postea p'dict' werner'
 cruce signat' est. Audiens tanta miri
 bilia. domn' philippus abbas octidur
 gens. locum adijt. de rei ueritate in
 quisuit. Cui cum ab omnib; hoc qd'
 p'dictum e' diceret. uidens q' timo casu
 affuit. abbe'm i' partem traxit dicens.
 Vere domine. uerissimu' est qd' audistis.
 Et sicut ip'e m' retulit. multo ampli'
 delectabatur i' testimonio inimici. Ad
 huc telum ibi reseruat'. adhuc uuln'
 & sanguis stigmata illic ostendunt.
 Vtrumq; abbas n'r se uidisse testatur.
Quia idem temp' otto cont' *xx*
 philippum ascendens cu' exercitu

usq; wizinburg puenit. Ubi satellitib'
 eius quidam eccliam intrantib; unus
 ex illis crucifirum i' eminenti loco posi
 tum. tunica linea. & cu' multo studio q'
 futa tectum uidit & concupuit. Qm'
 cu' manu n' potuisset attingere lancea
 uisus e' extrahere. Et quia firmiter yma
 gini connexa fuit. i' diuisis locis uiam pu'
 pugit. Domini uero ut sibi factum of
 tenderet quicqd' ei' magni. injure ul'
 pemptus urogat'. egit sua potentia. u'
 de singlis punctionib; sanguis ubi tam
 emanaret. Semel eni' adhuc mortalis
 confix' atq; lanceat' est i' terris. & tam
 cotidie sedens ad dextam patris se con
 figi p' p'ham conquerit' dicens. Et me'
 configitis gens tota die. Quanta uero
 pena tales sequat'. sequis miraculu' de
A pud inferi' trayectu *xxi*. Sclerat'.
 hoc anno sacrarium i' ecclia sc'i
 martini. fures effringente. qsdam thes'
 auros una cum cruce' p'ciosissima. ge'
 mis' & auro decorata asportauerunt.
 Qui cum essent plures. duob' cruce' ymit
 tentes. ip'i cum thesauris abierunt. Na
 ne cum tantu' saclegium. ad noticiam
 epi' atq; canonicor' puenisset. dolen
 tel ualde. maxime de cruce' ob portio
 nem ligni diuici. milites p' diuersas
 uias miserunt. qui fugientes i'sequit'.
 Hy u' qui cruce'm portabant p' strata
 publicam incedebant. Ad q's cum p'
 uenissent milites. n'l de eis mali sus
 picantes p'transierunt. Xpc' u' in qm'
 peccauerunt fures a sensu alienauit.
 gressum fixit. ita ut a strata declina

tes. paludem intravit. n̄ tam motis pe-
 dibus p̄cedere possent. Altera ū die p̄-
 dicti milites reūsi cum eos pene ī eodē
 loco & maxime litū calendo uidi-
 sent. mirati dirunt. Isti sunt q̄s heri
 hic dimisim⁹. Ad q̄s cū un⁹ clamasset.
 boni homines male inceditis. quare
 n̄ ascenditis stratam t̄ram. Respon-
 derunt illi. Bene incedim⁹. n̄ uos solli-
 citet iter n̄m. Tunc un⁹ ex militib⁹
 dō inspirante dixit ad socios. Aliquid
 istud portendit. forsitan rei s̄. tene-
 am⁹ illos. Ad quos cum descendēto illi
 cruce paludē īmerferunt. Interrogati ū
 de furto. respondunt. Nos crucem tu-
 lum⁹. ubi sit scim⁹. s̄ nisi certi de uita
 sim⁹. nūq̄m illam ostendem⁹. Quid
 plura. Ducim⁹ ad ep̄m. gr̄a crucis
 p̄mittit īmunitas. crux ostensa re-
 portat. extra p̄miam adducuntur.
 Et quia iustus iudex nullū peccatū
 relinquit multum. i sepe peccō punit
 peccm. p̄misit ut sequenti die iterū
 eccliam infringent. ī qua capti sunt
 & suspensi. **Novus.** Satis euidens fu-
 it hoc miraculm. Tanta est uirt⁹ crucis.
 ut ⁊ suis gremptorib⁹. ut dictum est
 inferat penam. & ueniantib⁹ illam
C restituat sanitatem. **xxvii**
 v̄m scolastic⁹ coloniensis oliuer⁹
 crucem p̄dicaret ī flandria. sicut ip̄e
 nob̄ retulit. inter reliquos signat⁹
 est ibi miles diues ⁊ honestus. Qd̄
 ū uxor eius compit. afflicta ē usq̄ ad
 mortem. Erat enim uicina partu.
 Ad quam oliuey⁹ consilio marti i ḡl

uit uerba consolationis addidit ⁊ hec.
